Hauptsächlich aus den Mondsfinsternissen, bey welchen der Mond durch einen Schatten gehet, von dem sich allemal ein Stück einer runden Scheibe an dem Monde zeiget; er mag mitten oder nur zum Theile, nord- oder südwärts hindurch gehen. Nun wissen wir, daß dieß der Schatten der Erde ist, welcher der Sonne gerad gegenüber auf den Mond fällt, und wir wissen auch, daß nur eine Kugel in allen möglichen Stellungen einen kreisförmigen Schatten werfen kann.

3. Verhindern die Berge nichts an der Kugelgestalt der Erde?

Die Berge und überhaupt die größern Unebenheiten der Erdoberfläche sind gegen die ganze Erde zu geringe, als daß sie ihre Kugelgestalt merklich verändern sollten ; wie sie dann auch deßwegen an dem Rande des Erdschatten im Monde nicht bemerket werden.

4. *Nonne ipſa telluri ſuperficies argumenta præbet rotunditatis ſuæ?*

Præbet haud dubia, neque enim ullos in ea terminos uſpiam reperimus; qui deeſſe non poſſent, ſi plana omnino diſci inſtar eſſet. 2. Non una navigatione ab ortu verſus occaſum, a borea verſus auſtrum univerſam terram circumvecti ſunt nautæ, qui compererunt itinere ſuo, telluris ſuperficiem, tum ſolo, tum aquis conſtantem, ubivis perviam eſſe & habitabilem, nec ullis impoſitam fulcris, ſed in liberis mundi ſpatiis pendulam.

5. *Quid animadvertit proficiſcens recto itinere verſus Boream?*

Polus ei, & ſidera polo viciniora ſublimius extolli ſupra Horizontem, ſuoque Zenith admoveri propius videntur. Contra vero viam meridiem verſus dirigenti deprimitur polus ad Horizontem cum reliquis ſtellis ei citimis, & denique ejus oculis auferuntur; Polus vero auſtralis oritur, extolliturque.

6. *Quid colligitur ex ea obſervatione?*

1) Terræ figuram eſſe globoſam ſaltem Boream & Auſtrum verſus. Nam in planitie æquata iſtud haudquaquam eveniret. 2) Pro varia loci verſus boream vel auſtrum poſitione varios eſſe aſpectus, ſitusque Polorum, & circulorum cæleſtium.

4. Giebt es nicht auch auf der Oberfläche der Erde Beweise von ihrer Rundung?

Freylich. 1) Treffen wir darauf nirgends Gränzen an, welche doch statt haben müßten, wenn die Erde eine platte Scheibe wäre. 2) Ist die Erde schon öfters ganz umsegelt worden sowohl von Morgen gegen Abend, als von Süden gegen Norden. Diese Seereisen zeigten, daß die aus Lande und Wasser bestehende Erdoberfläche überall frey und bewohnbar sey, und daß folglich der Erdkörper nirgends aufliege, sondern frey im Weltraume schwebe.

5. Was bemerkt ein Reisender, der seinen Weg gerade nach Norden nimmt?

Er bemerket, daß sich der Nordpol, und die nordwärtsstehenden Sterne immer höher überm Gesichtskreise erschwingen, und seinem Zenith nähern. Entgegen, wenn er gerade nach Süden reiset; so neigt sich der Nordpol und die Nordwärts stehenden Sterne immer tiefer gegen dem Horizont, bis sie ihm endlich gar verschwinden, und er den Südpol sich zu erhöhen wahrnimmt.

6. Was schließt man aus dieser Beobachtung?

1) Daß die Erde eine kugelförmige Gestalt wenigst von Norden gegen Süden habe, denn auf einer platten Scheibe konnte dieß nicht geschehen. 2) Daß aus der Veränderung des Ortes auf der Erde gegen Norden oder Süden die Aussicht und Lage gegen die Pole und Himmelskreise verändert werde.

7. *Quid observat is, qui recta versus ortum progreditur?*

Observat 1) terram hac etiam parte, ortum versus & occasum non planæ, sed rotundæ esse figuræ. Secus enim Sol eodem temporis puncto & oriri & occumbere deberet omnibus, qui idem planitiei latus tenent. 2) Mutatione loci in tellure meridianum quoque mutari.

8. *Circuli globi cœlestis an in terra quoque sunt descripti?*

Concipiuntur iidem mente nostra, ac si descripti essent, idque ad indicandas locorum distantias, situsque, & explicanda varia effecta atque phænomena a cursu Solis provenientia. Ob quam caussam in utroque artificiali globo tam cælesti quam terrestri iidem depicti sunt circuli.

9. *Quinam præcipui terræ circuli?*

Principio axem mundi per terræ centrum transire, atque ad terrestrem axem incidere cogitamus. Inde Polus terræ borealis & australis determinatur; id quod sphæra armillaris manifestum facit. (*vide Fig. I.*) Porro Aequator terræ ab utroque Polo abest 90°, terramque in hemisphærium boreale & australe secat. 2. Bini Tropici ab Aequatore 23° & $30'$ utrinque distant, Tropicus Cancri versus Boream, Tropicus Capricorni versus austr. um. Ambo sunt minores circuli, quorum centrum non in terræ centrum, sed

axeos

7. Was bemerket ein Reisender, der seinen Weg gerade nach Osten nimmt?

Er bemerket, 1) daß die Erde, von dieser Seite betrachtet, keine ebene Fläche, sondern auch von Osten gegen Westen rund sey. Denn sonst müßte die Sonne allen denjenigen zu gleicher Zeit auf = oder untergehen, welche die nämliche Seite einer solchen Fläche bewohnten. 2) Daß aus der Veränderung des Orts auf der Erde der Mittagskreis verändert werde.

8. Sind die Cirkel der holen Himmelskugel auch auf der Erde anzutreffen?

Man bildet sich selbe auch auf der Erde ein, um die Entfernungen und Lagen der Orte und verschiedene auf den Lauf der Sonne sich beziehende Erscheinungen oder Würkungen zu erklären. Deßwegen sind diese Cirkel auf beyden Kunstkugeln des Himmels so wohl als der Erde hingezeichnet.

9. Welche sind die vornehmsten Erdecirkel?

Man bildet sich zuerst ein, die Weltachse gehe durch den Mittelpunct der Erde, so daß die Erd und Weltachse auf einander fallen; dadurch wird der Nord = und Südpol auf der Erde bestimmet; wie es die Ringkugel augenscheinlich zeiget. (Sieh Fig. I.) Nun ist der Erdgleicher von beyden Polen 90° entfernt und theilet die Erde in die nördliche und südliche Hälfte. 2) Die zween Wendecirkel sind vom Erdgleicher jeder 23°, 30′ entfernet der Wendecirkel des Krebses gegen Norden; der Wendecirkel des Steinbockes gegen Süden. Beyde sind kleine Cirkel, derer Mittelpunct nicht in dem Mittelpunct der Erde, sondern in einem Puncte der Achse ist.

axeos terrestris punctum quoddam incidit. 3) Minores quoque sunt Polares circuli 23 v, & 30' a suo quisque polo remoti, quorum alter Polum borealem ambiens, *arcticus*, alter priori oppositus, *antarcticus* appellatur. 4) Meridianum in globo cælesti circulus vel potius annulus æneus ita repræsentat, ut facta globi quavis volutatione ortum versus aut occasum tot meridiani exhibeantur, quot sunt diversa Aequatoris puncta, quæ eidem subjiciuntur annulo. Terrestres meridiani omnes utrumque terræ polum percurrunt, Aequatorem illius ad angulos rectos secant, omnemque terram in duo hemisphæria, orientale & occidentale dividunt. 5) Uti vero æneus ille annulus cujusvis Meridiani munus obit; ita ligneus machinæ annulus, intra quem sphæra constituitur, partes sustinet Horizontis, quem mutato loci sit pariter mutari necesse est.

10. *Danturne alii circuli in globo Aequatori paralleli?*

Dantur, ac innumerabiles quidem describi possent; ad omnem tamen confusionem vitandam 8 ab Aequatore ad Polum borealem; & totidem ad australem per denos quosque Meridiani gradus solent exprimi, quo accuratius numerari gradus, indèque latitudines locorum possint intelligi.

11. *Quid est circulus horarius in globo?*

Est parvus ille circulus Meridiano infixus, inque horas bis duodenas distributus cum indice

ist. 3. Zween kleinere Cirkel sind auch die Polarcirkel, wovon jeder 23,30 Grade von seinem Pole entfernet ist; der einte, der um den Nordpol herum gezogen ist, wird der arktische, oder nördliche Polarcirkel, der andere aber, weil er dem Vorigen entgegen gesetzt ist, der antarktische oder südliche Polarcirkel genannt. 4) Den Mittagskreis stellet auf der künstlichen Erdkugel der meßinge Ring vor, dergestalt, daß man sich bey Herumdrehung der Kunstkugel von Osten gegen Westen, oder von Westen gegen Osten so viel verschiedene Mittagskreise vorstellen kann, als viele Puncte auf dem Gleicher sind, die durch den meßingen Ring gehen können. Ein jeder Erdemeridian gehet durch beyde Erdpole, schneidet den Erdgleicher senkrecht und theilet die Erdkugel in die östliche und westliche Hälfte. 5) Endlich gleichwie der meßinge Ring auf der Kunstkugel alle Erdmeridianen vorstellet; also vertritt der hölzerne Ring auf dem Gestell der Kunstkugel alle Gesichtskreise, die auf jede auch geringste Veränderung des Ortes gleichfalls geändert werden.

10. Giebt es nicht noch andere dem Gleicher parallel gezogene Kreise?

Freylich. Deren könnten unzählig seyn; man pfleget aber um die Verwirrung zu verhüten nur 8 nordwärts und eben so viele südwärts nach jedem zehnden Grade des Mittagskreises zu ziehen, damit man die Grade richtiger zählen und die Erdbreite abnehmen könne.

11. Was ist der Stundencirkel auf der Kunstkugel?

Jener kleine an dem Mittagskreise angemachte, und in zweymal 12 Stunden abgetheilte Ring, in dessen Mittelpuncte ein beweglicher Zeiger steckt, welcher, wofern man die

dice, qui ejus centro infixus, si rite aptetur, monstrat, quota ubique terrarum sit hora.

12. *In quot partes peripheria circuli terrestris dividitur?*

In 360 partes æquales, quæ gradus vocantur, uti in quolibet circulo ea fit divisio.

13. *Quæ habetur graduum istorum ratio in peripheria circuli terrestris?*

Cuilibet gradui majorum circulorum v. g. Aequatoris, Meridiani &c. 15 milliaria geographica respondent, quæ pariter Germanica vocantur.

14. *Quæ est milliaris geographici longitudo?*

4000 passus geometricos milliare; passus vero 5 geometricos pedes continet. Passim cuivis milliari germanico duas horas adscribunt. Verum hæc mensura admodum incerta est, cum nulla celeritas, qua duarum horarum spatio iter fieri deberet, definita sit.

15. *Si gradus circuli 15 milliaria germanica continet, quot milliaria complectetur tota circuli peripheria?*

Tota peripheria 360^{v} continet. Adhibe igitur Regulam auream, & dic: si gradus unus quindecim milliaria dat; quot milliaria dabunt gradus sexageni supra trecentos? 5400.

16. *Invento terræ ambitu, num & terræ diameter inveniri poterit?*

Invenies, modo ex Geometria assumas, in quolibet circulo peripheriam ita se habere ad

dia-

die Sache recht angeht, zeiget, wie viel Uhr es in jedem Orte der Erde ist.

12. Wie wird der Umkreis eines Erdcirkels abgetheilt?

In 360 gleiche Theile, die man Grade nennt, wie bey einem jeden Cirkel.

13. Wie berechnet man diese Grade in dem Umkreise eines Erdcirkels?

Auf jeden Grad eines großen Erdcirkels z. B. des Gleichers, Mittagscirkels u. s. w. rechnet man 15 geographische Meilen, die man auch deutsche Meilen heißt.

14. Wie groß ist jede geographische Meile?

Sie enthält 4000 geometrische Schritte: jeder Schritt aber enthält 5 geographische Schuhe. Man sagt gemeiniglich, daß eine deutsche Meile einen Weg von zwoen Stunden ausmache. Dieses Maß ist sehr ungewiß, weil die Geschwindigkeit, mit der man zwo Stunden lang fortwandern muß, nicht bestimmet ist.

15. Wenn ein Grad eines Erdcirkels 15 deutsche Meilen enthält; wie viele Meilen wird der ganze Umkreis eines solchen Cirkels enthalten?

Der ganze Umkreis enthält 360 Grade. Nun wendet man die Regel Detri an, und sagt: 1 Grad giebt 15 Meilen; 360 Grade wie viele Meilen geben sie? nämlich 5400.

16. Da man den Umkreis der ganzen Erde gefunden hat; kann man nicht auch den Durchmesser der Erdkugel finden?

Man kann ihn finden, wenn man nur aus der Geometrie annimmt, daß in einem jeden Cirkel der Umkreis desselben

diametrum, uti 355 ad 113. Utere eadem regula aurea & quære: ſicuti cujusvis circuli peripheria 355 ſe habet ad diametrum 113: ita circuli maximi peripheria 5400 ad diametrum ejusdem circuli ſeu terræ; quartus terminus continebit 1718 $\frac{310}{355}$ milliaria Germanica ſeu geographica. Diameter ergo telluris noſtræ 1718 & amplius milliarium Germanicorum erit. Verum numerus rotundus 1720 eidem adſcribitur, ac proin terræ ſemidiametro 860 milliaria Germanica competunt.

17. *Quænam eſt ratio Graduum circuli minoris?*

Adnumerantur & ipſis 15 milliaria geographica; ſed ea milliaria in minoribus circulis minora etiam Germanicis eſſe debere, cuilibet patet.

18. *Cum gradus in minuta dividi ſoleant, quæritur, in quot rurſus milliaria ſeu partes ea dividantur?*

Minutum eſt ſexageſima pars gradus, hac fractione expreſſa $\frac{1}{60}$. Jam & hic regula aurea habet locum. Si enim unus gradus 15 milliaribus conſtat, ſexageſima pars gradus conſtabit $\frac{15}{60}$ ſeu $\frac{1}{4}$ quarta parte milliaris. Cuilibet ergo minuto reſpondet quarta pars milliaris geographici.

CA-

ben zu seinem Durchmesser sich verhalte wie 355 zu 113. Nun braucht man wieder die Regel Detri, und sagt: wie sich in jedem Cirkel die Peripherie 355 zu seinem Durchmesser 113; so verhält sich die Peripherie eines großen Erdcirkels 5400 zum Durchmesser eines solchen Cirkels oder zum Durchmesser der Erde; das vierte Glied macht 1718 $\frac{310}{355}$ deutsche oder geographische Meilen aus. Mithin ist der Durchmesser unsers Erdballes über 1718 deutsche Meilen lang. Ja man nimmt ihn geradhin für 1720 geographische Meilen an; und folglich hat der halbe Durchmesser unsrer Erdkugel 860 geographische Meilen.

17. Wie berechnet man die Grade eines kleinern Erdcirkels?

Man zählet auch für jeden Grad 15 geographische Meilen; aber es ist offenbar, daß diese Meilen in den kleinern Cirkeln auch kleiner seyn müssen, als die deutschen Meilen.

18. Da die Grade ferner in Minuten getheilet werden, fragt es sich, wie viel Meilen, oder Theile davon für jede Minute gerechnet werden?

Eine Minute ist der sechzigste Theil des Grades, und wird durch den Bruch $\frac{1}{60}$ ausgetrückt. Nun braucht man die Regel Detri, und sagt: 1 Grad giebt 15 Meilen, der $\frac{1}{60}$ Theil des Grades giebt also $\frac{15}{60}$ oder $\frac{1}{4}$ Meile. Für jede Minute des Grades gehört der vierte Theil einer geographischen Meile.

CAPUT VII.

De ſitu locorum ſecundum eorum longitudinem & latitudinem.

1. *Quomodo ſitus loci cujusdam in globo terreſtri definitur?*

Per diſtantiam loci ab Aequatore ejus ſitus verſus Boream vel Meridiem deſignatur: per diſtantiam vero loci a quodam Meridiano, qui pro primo aſſumitur, ſitus ejusdem ortum aut occaſum verſus determinatur.

2. *Quid eſt latitudo loci?*

Eſt diſtantia cujusque loci ab Aequatore verſus Polos arcticum vel antarcticum. Illa vocatur borealis, hæc auſtralis latitudo. In globo invenies eandem, ſi primo locum Meridiano æneo ſubjicias; deinde in hoc Meridiano gradus ab Aequatore ad locum usque numeres.

3. PROBLEMA. *Invenire latitudinem loci in milliaribus geographicis.*

Multiplicantur gradus, quibus latitudo loci conſtat, per 15. Factum dabit latitudinem in milliaribus geographicis. Hac ratione invenies, latitudinem loci $\overset{v}{48}$ non minus 720 milliaribus conſtare.

4. *Num omnes latitudinis gradus ejusdem ſunt magnitudinis?*

Ejusdem ſunt magnitudinis, ſi tellurem perfecte globoſam ponas, uti pro vulgaribus com-

putis

Siebentes Kapitel.

Von der Lage der Orte nach ihrer Länge und Breite.

1. Wie wird die Lage eines Orts auf der Erdkugel bestimmet?

Durch die Entfernung eines Ortes von dem Gleicher wird die Lage desselben bestimmet gegen Norden oder Süden: und durch die Entfernung eben des Ortes von einem Meridian, den man für den ersten annimmt, wird dessen Lage bestimmet gegen Osten oder Westen.

2. Was ist die Breite eines Ortes?

Es ist die Entfernung eines jeden Orts von dem Gleicher gegen den Nord oder Südpol zu. Jene ist die nördliche, diese die südliche Breite. Auf der Kunstkugel findet man sie, indem man das gegebne Ort unter dem messingen Meridian stellet, und an demselben die Grade vom Gleicher bis an das Ort hin zählet.

3. Aufgabe. Die Breite eines Ortes in geographischen Meilen zu finden.

Man vermehret die Grade, welche die geographische Breite andeuten, mit 15. Das Factum zeigt die Breite des Ortes in geographischen Meilen an. Auf solche Weise findet man, daß die Breite eines Ortes von 48 nicht weniger als 720 Meilen betrage.

4. Sind alle Grade der geographischen Breite auf der Erdkugel gleich groß?

Sie sind gleich groß, wenn man die Erde als eine vollkommene Kugel betrachtet, wie man es in gemeinen Berech-

putis poni poteſt. Cum vero illa ad Polos ſit complanata: fit, ut gradus terreſtes verſus Polos ſint majores, quam prope Aequatorem.

5. *Quid eſt Longitudo loci?*

Eſt diſtantia ejusdem a primo Meridiano, cujus gradus in Aequatore numerantur.

6. *Quinam primus habetur Meridianus?*

Cum arbitraria ſit ejusdem aſſignatio, alii per hunc, per illum locum alii ducunt. Galli juſſu Ludovici XIII. anno 1634 per inſulam *Ferri*, quæ eſt inter Canarias occaſum verſus omnium remotiſſima, ducunt. Cujus litus occidentale aliquot minutis ſupra 20^{v} a ſpeculæ Pariſinæ Meridiano occaſum verſus diſtat. Hinc pro faciliori ratione accurate 20^{v} ab illo Pariſiorum Meridiano computantur. A Batavis per inſulam *Teneriffam*, ubi Mons altiſſimus *Pico* dictus; ab Hiſpanis per *Toletum*; a Luſitanis per *Terceram*, quæ inter Inſulas *Azores* maxima eſt.

7. PROBLEMA. *Invenire longitudinem loci in milliaribus geographicis.*

Rurſus multiplicantur gradus longitudinis geographicæ per 15: ex facto habebis in milliaribus geographicis loci longitudinem.

8. *Poſſuntne hæc milliaria geographica pro Germanicis haberi?*

Poterunt haberi pro milliaribus germanicis, ſi datus locus, cujus petitur longitudo, ſub

nungen thun kann. Weil sie aber bey den Polen abgeplattet ist; so sind die Er' ade gegen die Polen größer als in der Nähe des Gleichers.

5. Was ist die Länge eines Ortes?

Es ist die Entfernung desselben von dem ersten Meridian, und wird von Abend gegen Morgen durch die Grade des Gleichers gerechnet.

6. Welcher wird der erste Meridian genennet?

Indem es willkürlich ist, welchen man für den ersten will gelten lassen; so ziehen ihn einige durch diesen, andere durch einen andern Ort. Die Franzosen ziehen, vermöge eines von Ludwig XIII 1634 gegebenen Befehls ihren ersten Meridian durch die unter den canarischen Inseln am meisten gegen Abend gelegene Insel Ferro. Derer westliche Küste einige Minute über 20° von Mittagscirkel der Pariser Sternwarte gegen Abend liegt, und der erste Meridian wird daher zur Erleichterung der Rechnung genau um 20° vom Pariser gesetzt. Die Holländer ziehen ihn durch die Insel Teneriffa, auf welcher der hohe Berg Pico ist; die Spanier durch Toledo, und die Portugiesen durch Tercera, die größte unter den azorischen Inseln.

7. Aufgabe. Die Länge eines Ortes in geographischen Meilen zu finden?

Man vermehret wieder die Grade der geographischen Länge mit 15. Das Factum zeigt die Länge des Ortes in geographischen Meilen an.

8. Kann man diese geographischen Meilen für deutsche nehmen?

Man kann sie für deutsche Meilen nehmen, wenn das gegebene Ort dessen Länge man sucht, unter dem Gleicher

fub Aequatore exiſtat. Secus non poterunt. Gradus enim minores ſunt in circulis parallelis, uti ipſi paralleli minoris ſunt ambitus quam maximi.

9. *Quid eſt differentia meridianorum in duobus locis?*

Nihil aliud eſt quam diverſitas longitudinis geographicæ locorum in Aequatore numeratæ. Differentia igitur meridianorum eſt ille arcus æquatoris intra duos datorum locorum Meridianos interceptus.

10. *Quomodo inveniri poteſt in globo locus datus?*

Ex data loci longitudine & latitudine. Ex nota enim longitudine loci invenies meridianum; ex latitudine vero circulum parallelum, ubi locus jacet. Punctum, in quo is meridianus hunc parallelum ſecat, erit ſitus loci in globo.

CAPUT VIII.

De altitudine Poli & vario Sphæræ ſitu.

1. *Quid eſt altitudo Poli?*

Eſt diſtantia Poli ab Horizonte cujusque loci, ſeu arcus Meridiani, a Polo & Horizonte interclufus. Altitudo Poli toties mutabitur, quoties verſus Boream vel Auſtrum progrederis. Vide c. VI. n. 5. & 6.

liegt. Sonst nicht. Weil in den Parallelcirkeln die Grade kleiner sind, gleichwie die Parallelcirkel kleiner sind als die größten Kreise.

9. Was ist der Unterschied der Meridianen an zween gegebenen Orten?

Es ist nichts anders, als ihre Verschiedenheit in der geographischen Länge, wenn man diese im Gleicher zählt. Mithin ist der Unterschied der Meridianen jener Bogen des Gleichers, der zwischen den Meridianen zweener gegebenen Orte eingeschlossen ist.

10. Wie kann man einen gegebenen Ort auf der Kunstkugel finden?

Wenn man desselben Ortes Länge und Breite giebt. Denn aus der bekannten Länge des Ortes findet man seinen Mittagskreis, aus der Breite aber den Parallelcirkel, in welchem der Ort liegt. Der Punct wo sich der Meridian und Parallelcirkel des Ortes schneiden, zeigt die Lage des Ortes auf der Kunstkugel an.

Achtes Kapitel.

Von der Polhöhe und verschiedener Lage der Sphäre.

1. Was ist die Polhöhe?

Es ist die Entfernung des Pols über den Gesichtskreis eines jeden Ortes, oder der Bogen des Meridians, der zwischen dem Gesichtskreise und Pole liegt. Die Polhöhe wird allzeit verändert, als oft jemand mehr nach Norden oder Süden gehet. Sieh des sechsten K. 5, und 6.

2. *Cur Latitudo loci geographica ſemper eſt æqualis altitudini Poli?*

Ad faciliorem captum, initio conſtitue Aequatorem Horizonti parallelum, ac poſtea Aequatorem attolle. Polumque deprime, ut locus ſuo puncto Zenith ſubſtet. Nam locus, quo de loquimur, Puncto Zenith ſubjectus, debet concipi. A Zenith usque ad Horizontem ex utraque parte 90^{v} numerantur. Jam ſi locus neque Aequatori, neque Polo ſubjacet, ſed obliquum ſpæræ ſitum dat, gradus illi 90 a Zenith ad Horizontem complectuntur ab uno latere cum latitudinem geographicam, tum elevationem Aequatoris ſupra Horizontem, ab altero latere autem diſtantiam loci a Polo & altitudinem Poli. Atqui elevatio Aequatoris ſupra Horizontem & diſtantia loci a Polo ſunt æquales. Quod facile conſtat ex juſta ſphæræ poſiſitione. Quo majori enim locus a Polo diſtat intervallo, Polusque deprimitur, major erit Aequatoris elevatio ab Horizonte. Si ergo utrinque a 90^{v} æqualia demantur, elevatio ſcilicet Aequatoris ſupra Horizontem & diſtantia loci a Polo: quod remanet, erit æquale, hoc eſt latitudo loci & altitudo Poli ſunt æquales.

Ex Figura II res fiet magis perſpicua. Sit E Zenith punctum verticale loci. Cum Horizon a Zenith undique æqualiter, id eſt 90^{v} diſtet, linea SR erit Horizon. Quodſi in P. fuerit Polus, AB erit Aequa-

2. Warum ist die geographische Breite eines Ortes der Polhöhe desselben allzeit gleich?

Um dieses leichter zu begreifen stelle man Anfangs den Gleicher mit dem Gesichtskreise parallel, und nachgehends erhebe man den Gleicher, und niederdrücke den Pol, daß der Ort unter dem Zenith zu stehen komme. Denn man muß sich den Ort, von dem die Rede ist, allezeit am Zenith gestellet einbilden. Von Zenith bis auf den Horizont sind 90° beyderseits hinab. Wenn nun ein Ort weder unter dem Gleicher noch unter dem Pole liegt, sondern eine schiefe Lage der Sphäre hat; so bestehen diese 90° vom Zenith des Ortes bis auf den Horizont auf einer Seite in der geographischen Breite des Ortes, und Erhebung des Gleichers über dem Horizont: auf der andern Seite aber in der Entfernung des Ortes von dem Pole und in der Polhöhe. Nun sind die Erhebung des Gleichers über den Horizont, und die Entfernung des Ortes von dem Pole gleich, welches aus der Richtung der Kunstkugel für das gegebene Ort ganz offenbar ist. Denn je mehr ein Ort vom Pole entfernet ist, und der Pol niedergetrückt wird, desto mehr wird der Gleicher über den Horizont erhoben. Wenn man also von 90° beyderseits gleiches abzieht, nämlich die Erhebung des Gleichers über den Horizont und die Entfernung des Ortes von dem Pole; so bleibt wieder gleiches, das ist die Breite eines Ortes und seine Polhöhe sind gleich.

Die zweyte Figur wird es noch deutlicher geben. In der ersten Figur soll E der Scheitelpunct des gegebenen Ortes seyn. Weil der Gesichtskreis von dem Scheitelpuncte beyderseits 90° entfernet ist; so wird die Linie SR der Gesichtskreis seyn. Wenn man sich in P den Pol einbildet, so wird AB der Gleicher seyn. Nun der Bogen ER ist 90° gleich, und der Bogen AP,

Aequator. Porro Arcus ER $= 90^{v}$, & arcus AP, utpote diſtantia Aequatoris a Polo pariter $= 90^{v}$. Si jam ab æqualibus demantur æqualia, quæ remanent erunt æqualia. Igitur demto communi arcu EP, erit AE $=$ PR. Atqui PR eſt elevatio poli; AE latitudo loci: igitur elevatio poli æqualis eſt latitudini loci.

3 PROBLEMA. *Data diſtantia puncti Zenith a Polo invenire altitudinem Poli?*

Quæritur ante latitudo loci geographica, cui inventæ altitudo Poli reſpondet.

4. *Quot gradus continent elevationes Poli & Aequatoris ſimul ſumtæ?*

90^{v}. Arcus enim ab uno Horizontis puncto per punctum Zenith ad oppoſitum Horizontis punctum ductus continet 180. Ergo ſi dematur arcus ab Aequatore ad Polum, qui conſtat 90^{v}, remanebunt 90^{v}.

In figura ſuperius aſſignata res clarius patebit. Arcus SER, utpote ſemicirculus eſt æqualis 180^{v}. AEP diſtantia Aequatoris a Polo eſt æqualis 90^{v}, quæ ſi dematur ab arcu SER, erit SA $+$ PR $= 90^{v}$. PR eſt altitudo Poli SA altitudo æquatoris: igitur altitudo Poli una cum altitudine æquatoris $= 90^{v}$.

weil dieß die Entfernung des Gleichers ist von dem Pole, ist auch 90° gleich. Wenn Gleiches vom Gleichen abgenommen wird, ist das was noch übrig ist, auch gleich. Wenn also der Bogen EP, der beyden andern Bögen gemein ist, hinweggenommen wird, so wird AE dem Bogen PR gleich seyn. PR aber ist die Polhöhe; und AE ist die Breite des Orts; also die Polhöhe ist der Breite des Orts gleich.

3. Aufgabe. Wenn die Entfernung des Scheitelpuncts vom Pole gegeben ist die Polhöhe zu finden?

Man suchet zuerst die geographische Breite des Ortes, hernach hat man auch die Polhöhe.

4. Wie viel Grade machen die Pol- und Gleicherhöhe zusammgenommen aus?

90°. Denn weil der Bogen, der von einem Puncte des Gesichtskreises durch den Scheitelpunct bis zum andern Puncte des Gesichtskreises gezogen wird, 180° enthält; so folgt, daß, wenn der Bogen, der von 90° ist, vom Gleicher bis zum Pol abgezogen wird, 90° übrig bleiben.

In der vorigen Figur kann man es leichter begreifen. Der Bogen SER begreift in sich 180°, weil er die Hälfte eines Cirkels ist. AEP ist die Entfernung des Gleichers vom Pole, und ist 90° lang, weil also dieser Bogen AEP dem Halbcirkel SER entzogen wird, so ist auch SA + PR = 90°. PR ist die Polhöhe, und SA die Gleicherhöhe. Folglich die Pol- und Gleicherhöhe machen zusamm 90° aus.

5. *Quid ex diverſa altitudine Poli aut latitudine loci colligitur?*

Ex ea diverſitate locorum conſequi neceſſe eſt diverſum ſphæræ ſitum diverſosque proſpectus, ſub quibus cælum & ſidera iisdem locis apparent, denique & diverſa annorum ac dierum tempora.

6. *Quinam ſunt ſphæræ ſitus?*

Ex his tribus unum illa habeat neceſſe eſt; ut Aequator Horizontem loci, prout ad eum refertur, vel *rectus*, vel *parallelus*, vel *obliquus* reſpiciat.

7. *Quid eſt ſphæra recta?*

Cnm Aequator ad angulos rectos Horizontem ſecat, ac proinde Poli terræ minime attolluntur ſupra ſeipſum, ſed vero Horizonti incumbunt. Qui ſphæræ ſitus eſt populis ſub Aequatore habitantibus.

8. *Quid eſt ſphæra parallela?*

Illa dicitur, in qua Aequator Horizonti parallelus eſt, atque ideo Poli Zenith & Nadir obtinent. Quod uſuvenit populis, ſiqui ſunt, ſub polis habitantibus.

9. *Quid eſt ſphæra obliqua?*

Si Aequator Horizontem loci oblique ſecat, altero polo ſupra, altero infra Horizontem exiſtente. Omnibus populis Aequatorem inter & Polos habitantibus. Is eſt ſphæræ ſitus, qui maximi momenti, omnique attentione dignus eſt.

5. Was folgt aus der verschiedenen Polhöhe oder Breite der Orte?

Es folget, daß verschiedene Orte auch ganz verschiedene Lagen der Sphäre, oder verschiedene Aussichten haben, unter welchen sie den Himmel und die Gestirne sehen, und nicht einerley Jahrs- und Tagszeiten erfahren.

6. Welche sind diese Lagen der Sphäre?

Die Sphäre muß eine von den drey folgenden Lagen haben, daß in Absicht auf den Horizont des Ortes der Gleicher gerad, parallel, oder schief zu stehen komme.

7. Was ist die gerade Sphäre?

Wenn der Gleicher den Gesichtskreis gerade, das ist senkrecht durchschneidet, und folglich die Erdpole gar nicht übern Horizont erhöhet sind, sondern am Horizont selbst liegen. Wie bey jenen Völkern geschieht, die gerade unter dem Gleicher wohnen.

8. Was ist die parallele Sphäre?

Die jenige, in welcher der Erdgleicher mit dem Gesichtskreise parallel ist, und folglich die Erdpole sich in dem Scheitel- und Fußpuncte befinden. Solches geschieht bey denen, welche unter den Polen der Erde wohnen; wenn doch daselbst welche sich befinden.

9. Welche ist die schiefe Sphäre?

Wenn der Erdgleicher den Horizont des Ortes schief durchschneidet, und einer von den Erdpolen sich über, der andere unter dem Horizonte befindet. Das geschieht bey allen Völkern, die zwischen dem Gleicher und Polen wohnen. Diese Lage ist also die allerwichtigste, und verdienet alle Aufmerksamkeit.

10. *Quo artificio collocandus globus, ut usui esse valeat?*

Eo præcipue, ut globus in planitie cum loci horizonte parallela positus, altitudini polari ejusdem loci & mundi plagis accurate respondeat.

11. PROBLEMA. *Globum pro altitudine polari cujusvis loci & mundi plagis rite collocare, seu, ut vulgo loquimur, rectificare globum.*

Elevatio poli, aut latitudo geographica altitudini poli, ut demonstratum est, semper æqualis, ex tabulis hunc in finem compositis inveniri potest. Polus itaque tot gradibus in Meridiano æneo numerandis supra ligneum Horizontem attollitur, & Meridianus ope acus magneticæ aut lineæ meridianæ sub vero Meridiano collocatur, ut globi Polus borealis polum terræ itidem borealem respiciat.

CAPUT IX.

De Zonis & variis anni temporibus.

1. *Quid sunt Zonæ?*

Sunt certi terrarum tractus ceu latiores fasciæ, in quas terræ globus dividitur, scilicet in unam *torridam*, in duas *temperatas*, & duas *frigidas*.

10. In wem bestehet die Richtung der Kunstkugel zu deren ächten Gebrauche?

Hauptsächlich in dem, daß man die Kugel auf einer ebnen Fläche, die mit dem Horizonte des Ortes parallel ist, nach der Polhöhe desselben Ortes, und den Weltgegenden richtig stellet.

11. Aufgabe. Die Kugel nach der Polhöhe eines Ortes und den Weltgegenden richtig zu stellen.

Die Polhöhe, oder geographische Breite, die derselben allzeit gleich ist, kann aus den darüber vorhandenen Tafeln genommen werden. Der Pol wird alsdann um so viele Grade, die am meßingen Meridian abgezählet werden über den hölzernen Horizont der Kunstkugel erhöhet und den Meridian vermittelst eines Compasses oder Mittagslinie unter den wahren Meridian gestellet, daß der Nordpol der Kugel auf den Nordpol der Welt hinsieht.

Neuntes Kapitel.

Von den Erdgürteln und Verschiedenheit der Jahrszeiten.

1. Was sind die Erdgürtel oder Zonen?

Gewisse Erdstriche, in welche die Erdkugel abgetheilet wird nämlich in den heißen Erdgürtel, in die zween gemäßigten, und in die zween kalten Erdgürtel.

2. *Quæ & quam lata est Zona torrida?*

Est spatium inter duos Tropicos comprehensum & ab Aequatore bifariam divisum, continens 47^{v}, nempe 23^{v} cum $30'$ ab Aequatore usque ad Tropicum cancri, & totidem ab eodem Aequatore usque ad Tropicum capricorni. *Torrida* dicitur propter Solem cuilibet hujus spatii puncto bis per annum, exceptis istis Tropicis, ubi semel tantum fit, meridiano tempore recta imminentem; cujus radii eam ob caussam quam efficacissimi evibrantur. Factum ex 47^{v} per 15 præbet 705 milliaria germanica latitudinis.

3. *Quæ & quam latæ Zonæ temperatæ?*

Spatium obtinent in hemisphærio tam boreali quam australi, polares inter & Tropicos circulos interclusum, quarum ambæ 43^{v} seu, si per 15 eos multiplicaveris, 645 milliaria geographica continent.

4. *Quæ & quam latæ Zonæ frigidæ?*

Sunt spatia terræ a circulis polaribus contenta. Quælibet est 47^{v} lata: $23^{v}\ 30'$ scilicet a circulo ad Polum & totidem ab hoc ad punctum circuli, alteri e diametro oppositum.

5. PRO-

2. Welcher und wie groß ist der heiße Erdgürtel?

Es ist der Raum zwischen beyden Wendecirkeln, der vom Gleicher in zween gleiche Theile geschnitten wird, und enthält 47° nämlich 23°, 30′ von dem Gleicher an, bis zu dem Wendecirkel des Krebses und eben so viel von dem Gleicher bis zum Wendecirkel des Steinbocks. Er wird der heiße Erdgürtel genennt, weil die Sonne zweymal im Jahre über jeden Punct dieses Erdgürtels (nur den Wendepunct ausgenommen) zu Mittage senkrecht kömmt, und daselbst folglich ihre Stralen am wirksamsten sind. Wenn man die 47° des heißen Erdgürtels mit 15 vermehret, so findet man daß er 705 deutsche Meilen in der Breite enthält.

3. Welche und wie groß sind die gemäßigten Erdgürtel?

Es sind in der nordlichen und südlichen Halbkugel jene Räumen, die zwischen den Wende- und Polarcirkeln eingeschlossen sind, jeder von beyden enthält 43°, oder, wenn man sie mit 15 vermehrt, 645 geographische Meilen.

4. Welche und wie groß sind die kalten Erdgürtel?

Die von den Polarcirkeln eingeschlossenen Erdstrecke; wovon jede 47° hat: nämlich 23°, 30′ von Polarcirkel bis zum Pole, und eben so viel von dem Pole bis auf den entgegengesetzten Punct des Polarcirkels.

5. PROBLEMA. *Dato loco, invenire Zonam, in qua jaceat.*

Quæritur latitudo loci geographica, quæ ſi minor eſt $23^{\circ}, 30'$, erit locus in Zona torrida. Si eadem altitudo major eſt $66^{\circ}, 30'$, in alterutra frigidarum, in quocunque alio caſu in Zonis temperatis ſitus eſt, ſive ea ſit borealis, ſive auſtralis, pro latitudine loci boreali ſeu auſtrali.

6. *Quænam anni tempora obtingunt Zonæ torridæ regionibus?*

Ferme totus illis eſt annus æſtivus, atque ideo exigua eſt temporum, ſeu caloris & frigoris varietas. Sed tamen Aequatoris incolæ binas quotannis habere æſtates, dici poſſunt: bis enim ſol eorum vertici incumbit; & duas quaſi hiemes, quando verſus Tropicos Sol recedit.

7. *Quæ ſunt anni tempora Zonas frigidas incolentibus?*

Perpetua fere ibidem hiems eſt & frigus ingens, radiis ſolaribus eas regiones vel oblique nimium, vel omnino non attingentibus.

8. *Quæ temporum varietas pro regionibus Zonæ temperatæ?*

Ubique his quatuor ſunt anni tempora *Hiems* nempe, *Ver*, *Aeſtas*, *Autumnus*.

CAPUT

5. Aufgabe. Wenn man einen Ort giebt; zu bestimmen, in welchem Erdgürtel er sey.

Man sucht die geographische Breite des Ortes: ist diese kleiner als 23^{v}, 30$'$: so liegt er in dem heißen Erdgürtel. Ist sie größer als 66^{v}, 30$'$, so ist der Ort im kalten Erdgürtel; in allen übrigen Fällen ist der gegebene Ort in einem gemäßigten Erdgürtel, dem nördlichen oder südlichen, nachdem je die Breite des Orts nördlich oder südlich ist.

6. Was für Jahrszeiten haben die Länder des heißen Erdgürtels?

Sie haben mehrentheils Sommer: folglich wenige Abwechslung der Jahrszeiten, oder Wärme und Kälte. Doch kann man sagen, daß die, welche unter dem Gleicher wohnen, jährlich zween Sommer haben; indem die Sonne zweymal gerad über ihren Kopf stehet, auch gleichsam zween Winter, da sie gegen die Wendecirkel kömmt.

7. Was für Jahrszeiten haben die Länder der kalten Erdgürtel?

Alldort ist schier allzeit Winter und große Kälte; weil die Sonnenstralen gar zu schief oder gar nicht hinfallen.

8. Was für Jahrszeiten haben die Länder der gemäßigten Erdgürtel?

Sie haben durchgehends vier Jahreszeiten nämlich Frühling, Sommer, Herbst, Winter.

CAPUT X.

De Climatis & de varia dierum noctiumque longitudine.

1. *Quid sunt Climata?*

Climata a κλινω *inclino* sunt minores Zonæ, sive terræ spatia cum Aequatore parallela, in quibus dies anni longissimus dimidia semper hora crescit. Hæc terræ in climata divisio antiquis jam erat nota.

2. *Quot dantur Climata ab Aequatore ad Polum usque.*

Triginta borealia & totidem australia. Nam ab Aequatore ad distantiam 66°, 30′, seu usque ad circulos polares sunt 24 climata, quæ ad Polum accedentia amplitudine semper decrescunt. Intra hæc climata longissimus dies a 12 usque ad 24 horam dimidia hora crescit. A circulis polaribus ad Polum ipsum alia 6 climata supersunt; in quibus dies longissimi integris mensibus differunt.

3. *Quomodo ratio variæ hujus longitudinis dierum ac noctium percipi potest?*

Modo diversos situs sphæræ tribuas, & rectam, parallelam, aut magis minusve obliquam colloces, simulque perpendas, Solem circulos diurnos Aequatori parallelos describere.

Zehntes Kapitel.

Von den Klimaten, und von der verschiedenen Länge der Tage und Nächte.

1. Was sind die Klimaten?

Es sind kleinere mit dem Gleicher parallele Zonen oder Erdstriche, in denen der längste Tag im Jahre um eine halbe Stunde zunimmt. Schon die Alten haben die Erdoberfläche nach diesen Klimaten abgetheilet.

2. Wie viel sind Klimaten von dem Gleicher bis zum Pole hin?

Dreyßig nördliche und so viel südliche. Denn von dem Gleicher bis zu 66°, 30′ Abstand von demselben, das ist, bis zu den Polarcirkeln hin sind 24, welche gegen die Pole immer schmäler werden. Innerhalb dieser Klimaten wächst der längste Tag von 12 bis 24 Stunde. Von den Polarcirkeln bis zum Pole sind noch 6 Klimaten: in welchen aber der längste Tag auf einmal um einen ganzen Monat zunimmt.

3. Wie kann man sich die Ursache dieser verschiedenen Länge der Tage und Nächte begreiflich machen?

Man darf der künstlichen Sphäre nur verschiedene Lage geben, die gerade, die parallele, und eine mehr oder weniger schiefe, und zugleich erinnern, daß die Sonne ihre Tagescirkel mit dem Gleicher parallel beschreibet.

Itaque quo major eſt elevatio poli, eo longior eſt dies longiſſima pro illis populis, eoque brevior dies breviſſima. Sit in Fig. III. locus puncto E reſpondens, cujus elevatio Poli PR, proin SR Horizon; & alius locus I, cujus elevatio Poli Pr, atque ideo Horizon sr. Dies ipſis longiſſima erit, dum ſol movetur in Tropico ♋ ef; breviſſima, dum movetur in Tropico ♑ cd. Jam ſic: eo dies longiſſima longior eſt, quo majus ſegmentum Tropici æſtivi ſupra Horizontem extat, & eo brevior eſt dies breviſſima, quo minus ſegmentum Tropici hiberni ſupra Horizontem eminet; atqui ſub elevatione Poli majore Pr loci I ſupra Horizontem extat Tropici æſtivi ſegmentum en, & ſub minore elevatione PR loci E exſtat ſegmentum em. Cum ergo illud majus ſit iſto, etiam dies longiſſima loci I erit longior, quam dies longiſſima loci E. Eadem demonſtratio eſt de die anni breviſſima, dicta applicando ad Tropicum hibernum cd.

4. *Quam longa dies & nox eſt ſub Aequatore habitantibus?*

His anno toto dies noctibus ſunt æquales. Nam in ſphæra recta omnes cum Aequatore parallelos circulos ſeu diurnos ab Horizonte æqualiter dividi conſtat. Dierum igitur omnium longitudo noctium diuturnitati ex æquo reſpondeat, & 12 horarum ſit, neceſſe eſt.

In ſphæra recta *Fig. IV* Poli ac proinde axis incumbit Horizonti: igitur Aequator, & omnes circuli paralleli ſeu diurni æquales in partes ab Horizonte OP ſecantur: ſive ergo ſol exiſtat in Aequatore AB ſive in Tropicis ef, cd; ſive in parallelis intermediis, ſemper ſemiperipheria circuli diurni, in quo Sol movetur, eſt ſupra Horizontem, altera pars infra eundem depreſſa latet.

5. *Quæ*

Mithin je größer die Polhöhe ist, desto länger ist auch der längste Tag für selbe Bewohner, und um so viel kürzer der kürzeste Tag. Wenn das Ort E in der Fig. III. die Polhöhe PR, und folglich SR zum Gesichtskreise hätte; und ein anderer Ort I in Pr seine Polhöhe, und in sr seinen Gesichtskreis hätte: so wäre für sie der längste Tag, da die Sonne im Wendecirkel ♋ ef und der kürzeste, wenn die Sonne den Wendecirkel ♑ cd. Nun ihr längster Tag ist länger, je größer der Abschnitt des Sommerwendecirkels obern Gesichtskreise stehet, und um so viel kürzer ist der kürzeste Tag, je kleiner der Abschnitt des Winterwendecirkels obern Gesichtskreise hervorraget. In der größern Polhöhe aber Pr des Orts I stehet der Abschnitt en des Sommerwendecirkels obern Gesichtskreise, und in der niedern Polhöhe PR des Orts E der Abschnitt em. Weil also jener Abschnitt größer ist als dieser, so wird auch der längste Tag des Ortes I länger seyn als der längste Tag des Ortes E. Der nämliche Beweis hat auch Statt von dem kürzesten Tag, wenn man das besagte auf den Winterwendecirkel cd anwendet.

4. Wie lang haben die, so unterm Gleicher wohnen, Tag und Nacht?

Sie haben das ganze Jahr hindurch Tag und Nacht gleich. Denn aus der geraden Sphäre erhället, daß der Gesichtskreis unterm Gleicher alle Parallel- oder Tagescirkel gerade in die Hälfte theilet. Die Tage müssen folglich daselbst allemal den Nächten gleich, und demnach 12 Stunden lang seyn.

In der geraden Sphäre der Fig. IV. liegen die Polen und folglich auch die Achse auf dem Gesichtskreise; daher werden alle Parallel- oder Tagescirkel von dem Gesichtskreise OP in zwey gleiche Abschnitte getheilet. Es mag also die Sonne im Gleicher AB oder in den Wendecirkeln ef, cd, oder in der zwischenstehenden Kreisen, so wird allzeit der Kreis in der Mitte abgeschnitten, in welchem die Sonne ihren Lauf hat, und ist eine Hälfte obern, die andere unterm Gesichtskreise.

5. *Quæ dierum noctiumque longitudo ſub Polis?*

Dies eſt ſex menſium, & totidem nox.

6. *Unde id evenit?*

Inde, quia Horizon cum Aequatore parallelus eſt, atque ideo Sol per ſemeſtre ſpatium ſupra & circa Horizontem conſtanter volvitur. At dum infra Horizontem depreſſus, in altero hemiſphærio deliteſcit, nox per reliqua 6 ſigna perdurabit. Cum tamen in ſphæra hac parallela Sol nunquam ultra 23°, $30'$ infra Horizontem deſcendat: initium autem auroræ ſit, dum Sol 18° ab Horizonte ortivo diſtat, & finis crepuſculi, dum idem Sol poſt occaſum totidem gradibus infra Horizontem occiduum depreſſus jam eſt; hinc caligo ſeu tenebræ per duos duntaxat menſes durant in ſitu ſphæræ parallelæ, maxime, quod ob atmoſphæram circa Horizontem ſemper denſiorem major ſit refractio luminis, proin lumen Solis conſpiciatur, antequam Solis centrum Aequatorem attigerit.

7. *Quantum diei ac noctis ſpatium ſub Zonis temperatis?*

Varium pro varietate locorum a Polis vel ab Aequatore minus diſtantium. In ſphæra namque obliqua inæqualiter admodum dividit Horizon circulos diurnos; unde dierum diuturnitatem variam eſſe oportet. (*vide Fig. III.*) Sole in Aequatore verſante dies noctibus ubique terrarum extra Polos æquales ſunt. Aequator enim

5. Wie lang währet der Tag und die Nacht unter den Polen?

Alldort ist 6 Monate lang Tag und 6 Monate lang Nacht.

6. Woher kömmt dieses?

Daher, weil daselbst der Horizont mit dem Gleicher parallel ist, und folglich die Sonne durch 6 Monate über dem Horizont sich aufhält, und um selben stäts herumgehet, bis sie sich unter dem Horizont, in die entgegengesetzte Halbkugel verbirgt, und mithin durch die andere 6 Zeichen eine halbjährige Nacht verursachet. Weil aber die Sonne in dieser Lage der Sphäre niemals sich mehr als 23° 30′ von dem Gesichtskreise entfernet; und der Anfang der Morgenröthe ist, wenn die Sonne 18 vom Gesichtskreise noch entfernet ist, das End aber der Abenddämmerung dort ankömmt, wenn die Sonne sich um eben so viele Grade unter dem Gesichtskreise verbirgt; so wehret in dieser Lage der Sphäre die Dämmerung noch zween Monate. Hauptsächlich dessentwegen, weil wegen des Luftkreises, der in der Nachbarschaft des Gleichers immer dicker ist, die Brechung des Lichts größer ist; daher auch die Sonne eher gesehen wird, als sie mit ihrem Mittelpuncte den Gleicher erreichet hat.

7. Wie lang ist Tag und Nacht unter den gemäßigten Erdgürteln?

Ganz verschieden; nachdem je ein Ort dem Gleicher oder dem Pole näher ist. Denn in der schiefen Sphäre schneidet der Gesichtskreis die Tagescirkel in sehr ungleiche Theile; und folglich müssen die Tage allda ungleich lang seyn. (Sieh die Fig. *III.*) Ist die Sonne selbst im Gleicher; so ist überall Tag und Nacht außer den Polen gleich lang; weil vom Gleicher als einem größten Kreis in jeder Lage der scheinbaren

enim utpote circulus maximus in quavis ſphæræ obliquæ poſitione dimidius ſupra Horizontem eminet. Si Sol ab Aequatore ad Tropicum cancri attollitur; erunt dies in hæmiſphærio boreali longiores, in auſtrali vero breviores. Eodem autem ad Aequatorem deſcendente, dies & nox pedetentim ad eandem longitudinem magis magisque accedet, donec æquales fiant. Sole demum ab Aequatore ad Tropicum capricorni converſo, creſcet diei longitudo in auſtrali hemiſphærio, & in boreali decreſcet. Si denique ad Aequatorem rurſus aſcendat, gradatim noctes & dies erunt æquales.

CAPUT XI.

Diverſa Incolarum terræ nomina pro variis anni ac diei temporibus.

1. *Quinam ſunt Aſcii, Amphiſcii, Heteroſcii, Periſcii?*

Incolæ terræ nomen ab umbra, Græce σκια, er totius anni decurſum vel aliquo ejusdem tempore meridie a ſe projecta, ſortiti ſunt.

1. *Aſcii* ασκιοι ſive umbra carentes ſunt, qui nullam habent umbram meridianam, quod incolis Zonæ torridæ evenit, Sole eorum cervicibus bis per annum inſiſtente.

2. *Amphiſcii* αμφισκιοι ſunt, qui umbram meridianam modo borealem, modo auſtralem habent

Sphäre die Hälfte überm Gesichtskreise stehet. Steigt die Sonne vom Gleicher gegen den Krebswendecirkel herauf; so werden die Tage in der nördlichen Halbkugel länger und in der südlichen kürzer als die Nächte, und wendet sie sich wieder von da zum Gleicher; so wird die Dauer der Tage nach und nach den Nächsten wieder gleich. Gehet die Sonne vom Gleicher zum Steinbockswendecirkel; so werden die Tage in der südsichen Halbkugel länger und in der nördlichen kürzer als die Nächte; und kömmt sie von da wieder zum Gleicher herauf; so werden die Tage und Nächte nach und nach wieder von gleicher Dauer.

Eilftes Kapitel.

Benennungen der Erdwohner aus verschiedenen Jahres- und Tageszeiten.

1. Welche Bewohner der Erde heißt man unschattige, zweyschttige einschattige, umschattige?

Die Bewohner der Erde werden so genennt nach dem Schatten, den sie das ganze Jahr hindurch, oder zu gewissen Jahrszeiten um Mittage von der scheinenden Sonne werfen.

1. **Unschattige** sind, welche gar keinen Mittagschatten haben, wie die Bewohner des heißen Erdgürtels, über welche die Sonne zweymal im Jahre durch ihren Scheitelpunct gehet.

2. **Zweyschattige** sind, welche den Mittagschatten bald nord-, bald südwärts werfen, nachdem je die Sonne in dem südlichen, oder nördlichen Zeichen sich aufhält. Derglei-

chen

habent, prout nempe Sol nunc ſigna borealia, nunc auſtralia percurrit. Illi ſunt omnes, qui Zonam torridam incolunt, exceptis tantum populis ſub Tropicis habitantibus. Ii enim ſemel tantum in anno, dum tropicum peragrat, ſunt *Aſcii*, reliquo vero tempore populi Tropici borealis ad Boream, gentes autem auſtrales ad Auſtrum umbram vertunt.

3. *Heteroſcii* ἑτερόσκιοι ſunt, quorum umbra meridiana vel ſemper borealis vel auſtralis eſt, uti populi Zonæ temperatæ borealis ad Boream, & auſtralis ad Auſtrum projiciunt.

4. *Periſcii* περίσκιοι ſunt populi boreales aut auſtrales regionum polarium, quorum umbra iis menſibus, quibus illis Sol eſt conſpicuus, inter 24 horas in orbem ſpargitur.

2. *Quos vocamus Antipodes*, ἀντίποδας?

Ii ſunt, qui in hemiſphærio nobis oppoſito ejusdem meridiani & ſub ea longitudine auſtrali, qua nos boreali, habitant, atque ideo nobis directe pedes obvertunt. Iis ſunt anni ac diei tempora noſtris oppoſita. Cum Sol illis oritur, nobis occidit; cum illis meridies, nobis media nox eſt; cum illis dies aut nox longiſſima, nobis breviſſima; cum æſtas illis, nobis hiems ingruit. Communem tamen nobiscum habent Horizontem, ſed ita ut in oppoſito hæmiſphærio tot gradibus diſtent a Polo antarctico, quot nos ab arctico.

3 *Qui-*

chen sind: alle, die in dem heißen Erdgürtel wohnen, nur die ausgenommen, so unmittelbar unter einem Wendecirkel stehen. Denn diese sind einmal im Jahre, da die Sonne den Wendecirkel berührt unschattige; sonst fällt der Schatten unterm Krebswendecirkel allemal gegen Norden, und unterm Steinbockswendecirkel gegen Süden.

3. Einschattige sind welche den Mittagschatten allzeit gegen eine Weltgegend werfen, wie die Bewohner der nördlichen gemäßigten Zone allemal gegen Norden, und die in der südlichen, gegen Süden.

4. Umschattige sind die Bewohner der nordlichen und südlichen Polarländern, deren Schatten in den Monaten, in welchen die Sonne beständig überm Gesichtskreise bleibt, alle 24 Stunde einen Kreis um sie beschreibt.

2. Welche nennen wir unsere Gegenfüßler?

Die jenigen, welche unter dem uns entgegenstehenden Theile unsers Mittagskreises, und zwar so weit unter einer südlichen als wir nordlichen Breite wohnen, und daher uns gerade die Füsse zukehren. Bey ihnen sind unsere Tages und Jahrszeiten entgegengesetzt anzutreffen. Geht bey ihnen die Sonne auf, so gehet sie bey ihnen nieder: haben sie Mittag, so haben wir Mitternacht. Ist bey ihnen der längste Tag oder Nacht; so ist bey uns der kürzeste Tag. Haben sie Sommer, so ist bey uns Winter. Uebrigens haben sie mit uns einen Horizont, jedoch die entgegengesetzte Halbkugel des Himmels; und in der nämlichen Höhe sehen sie den Südpol, wie wir den Nordpol.

3. *Quinam Antœci* αντοικοι ?

Sunt ii, qui ſub eodem meridiano, & in eadem, ſed oppoſita latitudine auſtrali ſcilicet habitant. His ſimul eſt medius dies & media nox; at cum dies creſcunt Borealibus, Auſtralibus deſcreſcunt; cum ver illis, nobis autumnus, cum illis æſtas, nobis hiems eſt.

4. *Quinam Periœci* περιοικοι ?

Ii, qui ſub eodem Meridiano & parallelo habitant, ita tamen, ut in parallelo alter diſtet ab altero 180°. His idem clima, eadem Poli altitudo, eadem anni, ſed oppoſita dierum tempora?

CAPUT XII.

Uſus Globi pro ſolvendis quibusdam problematis.

1. I PROBLEMA. *Invenire horam Solis orientis & occidentis pro certo die ac loco.*

1. Attolle Polum ad altitudinem, latitudini loci reſpondentem. 2. In calendario Horizonti inſcripto quære Solis locum, quo in ecliptica verſetur, id eſt gradum ejusdem. 3. Hunc gradum colloca ſub Meridiano æneo. 4. Indicem horarium applica horæ duodecimæ, utpote qua ſemper culminatio Solis datur. 5. Volve globum verſus ortum, donec gradus notatus

3. Welche sind unsere Gegenwohner?

Welche unter unserem Meridian in einer gleichen aber entgegengesetzten, nämlich südlichen Breite wohnen. Wir haben miteinander Mittag, und Mitternacht; allein wan die Tage bey uns wachsen, nehmen sie bey ihnen ab; haben sie Frühling, so haben wir Herbst; ist bey ihnen Sommer, so ist bey uns Winter.

4. Welche sind unsere Nebenwohner?

I. Der Bischof von Münster. II. Der Bischof von Lüttich. III. Der Bischof von Paterborn. IV. Der Bischof von Osnabrück. Das Bischthum Verden kam Anfangs an Schweden, und hierauf an Hannover; das Bischthum Minden aber an Brandenburg, nachdem beyde im westphälischen Frieden säcularisirt worden. V. Die gefürsteten Aebte zu Corvey und Stablo. Der Abt zu Verden, und der zu Cornelsmünster. VI. Die gefürstete Aebtissin zu Essen, welche katholisch; und die zu Burscheid, und Herforden, welche beyde unkatholisch.

2. Qui Status Seculares?

I. Dux Juliacensis. II. Dux Montensis. III. Dux Clivensis. Ducatum Juliacensem & Ducatum Montensem, cujus Metropolis Dusseldorpium, possidet Elector Palatinatus; Clivensem vero cum Comitatu Marchiæ, & Comitatibus Ravensbergensi, Lingensi &c. Elector Brandeburgicus. Westphaliæ porro Ducatus Electori Coloniensi est subjectus. IV. Princeps Frisiæ Orientalis. V. Comites Bentheimenses, Bronchorstii, Lippienses, Reckheimenses, Styrumii, Tecklenburgici, Vehlenses &c. Plures alios Circuli hujus Comitatus possident Rex Daniæ, Elector Hannoveranus & Hassiæ Landgravii. VI. Urbes Imperiales, Colonia, Aquisgranum, Tremonia.

3. Qui Circuli Directores?

Episcopus Monasteriensis & Dux Juliacensis cum Clivensi alternatim.

VII.

Circulus Franconicus.

I. Episcopus Bambergensis, cui & in Carinthia loca quædam subjecta sunt. II. Episcopus Herbipolensis, qui & Dux Franconiæ Orientalis. III. Episcopus Eustadianus. Urbs princeps est Eustadium ad Almonum amnem. IV. Magister Equitum Teutonicorum, cujus sedes est Mergenthemii ad Tuberum amnem, postquam Equites Teutonici ex Borussia commigrare sunt compnlsi.

2. Welche sind die weltlichen Stände?

I. Der Herzog zu Jülich. II. Der Herzog zu Bergen. III. Der Herzog zu Cleve. Das Herzogthum Jülich und das Herzogthum Bergen, dessen Hauptstadt Düsseldorf, besitzt Churpfalz; das Herzogthum Cleve aber sammt den Grafschaften Mark, Ravensberg, Lingen, u. s. w. hat Churbrandenburg in Besitz genommen. Das Herzogthum Westphalen gehört Churcölln zu. IV. Der Fürst von Ostfrießland. V. Die Grafen von Bentheim, Bronchorst, Lippe, Reckheim, Styrum, Tecklenburg, Vehlen u. a. m. Mehr andere Grafschaften in diesem Kreise besitzen der König in Dänemark, der Churfürst von Hannover, und die Landgrafen von Hessen u. s. w. VI. Die Reichsstädte, Cölln, Aachen, Dortmund.

3. Wer sind die ausschreibenden Fürsten?

Der Bischof zu Münster, die Herzoge zu Jülich, und Cleve wechselweise.

VII.

Der Fränkische Kreis.

1. Welche sind die geistlichen Stände?

I. Der Bischof von Bamberg, dem auch in Kärnthen etliche Orte zugehören. II. Der Bischof von Würzburg, welcher auch Herzog in Franken. III. Der Bischof von Aichstädt, die Hauptstadt gleiches Namen liegt am Flusse Altmül. IV. Der Hoch- und Deutschmeister, dessen Residenz zu Mergentheim an der Tauber, nachdem die deutschen Ritter aus Preussen haben weichen müssen.

2. *Qui Status Seculares.*

I. Marchio Byruthanus ſeuCulembacenſis. II. Marchio Onoldinus ſive Anſpacenſis. Uterque hic Marchionatus Luthero adhæret, unique Domino ab obitu 1769 Friderici Chriſtiani Marchionis Byruthenſis ſubeſt. III. Princeps Schwarzenbergenſis, & Princeps Löwenſteinius ſive Wertheimenſis. Princeps porro Comitatus Hennebergicus inter Saxoniæ Duces eſt diviſus, excepta Smalcaldia urbs, quæ Haſſo-Caſſelano ceſſit. IV. Princeps de Hohenlohe. V. PræterComites Hohenloicos Comites Caſtellani, Dernbacenſes, Erpacenſes, Limburgenſes, Reinecani, Schönbornii &c. VI. Urbes Imperiales Norimberga, Francofurtum ad Mœnum, Schweinfurtum, Rottenburgum ad Tuberum, Weiſſenburgum, & Winshemium.

3. *Qui Circuli Directores?*

Epiſcopus Bambergenſis, & Marchio Byruthanus, qui & Circuli Dux eſt.

VIII.

Circulus Saxoniæ Superioris.

1. *Qui Circuli hujus Directores?*

Elector Saxoniæ (qui & Circuli Dux) & Elector Brandeburgicus.

2. *Quæ Provinciæ Electori Saxoniæ ſubjectæ?*

1. Saxonia propria ſive Electoralis, in ſeptem Circulos, Electoralem nempe, Thuringicum, Miſnenſem, Lipſienſem, Montanum, Voitlandicum

&

2. Welche sind die weltlichen Stände?

I. Der Markgraf in Bayreuth oder Culmbach. II. Der Markgraf zu Ansbach, oder Onolzbach. Beyde diese Markgrafschaften sind lutherisch, und stehen unter einem Oberhaupte, nachdem Fridrich Christian Markgraf zu Bayreuth 1769 gestorben. III. Der Fürst von Schwarzenberg, und der Fürst von Löwenstein oder Wertheim. Die gefürstete Grafschaft Henneberg haben die Herzogen zu Sachsen unter sich getheilet, außer Smalkalden, welche Stadt Hessencassel überkommen. IV. Der Fürst von Hohenlohe. V. Nebst dem gräflichen Hause von Hohenlohe, die Grafen von Castel, Dernbach, Erpach, Limpurg, Reineck, Schönborn u. a. m. VI. Die Reichsstädte Nürnberg, Frankfurt am Mayn, Schweinfurt, Rottenburg an der Tauber, Weissenburg und Winsheim.

3. Wer sind die ausschreibenden Fürsten?

Der Bischof von Bamberg, und der Markgraf von Bayreuth, welcher auch Kreisoberster ist.

VIII.

Der obersächsische Kreis.

1. Wer sind die ausschreibenden Fürsten?

Chursachsen, so auch Kreisoberster, und Churbrandenburg.

2. Was für Länder gehören zu Chursachsen?

1. Das eigentlich so genannte Herzog- und Churfürstenthum Sachsen, so in 7 Kreise wird eingetheilt, nämlich in den Churkreis, den thüringischen, meißnischen, leipzigischen, erzgebürgischen, voigtländischen, und neustättischen

& Neuſtadianum diviſa. 2. Ducatus Weiſſenfelſenſis, Merſeburgenſis, & Citienſis. 3. Luſatia Superior cum parte inferioris &c. Electoris ſedes eſt Dreſsda ad Albim.

3. *Quid in hoc Circulo Elector Brandeb. poſſidet?*

1. Marchiam Brandeburgicam, quæ in *Veterem, Novam, Mediam & Ukeranam* &c. diſtribuitur. 2. Pomeraniam ulteriorem, partemque citerioris. cum Principatu (olim Epiſcopatu) Caminenſi, parte Luſatiæ Inferioris &c. Electoris ſedes eſt Berolinum ad Spreham amnem.

4. *Qui Status Eccleſiaſtici?*

Florebant olim in hoc Circulo Epiſcopatus Miſſenſis, Merſeburgenſis, Naumburgenſis, Brandeburgenſis, Havelbergenſis, Caminenſis, & Lebuſienſis. Abbatiæ item Principes Saalfeldenſis, Quedlinburgenſis & Gerenrodenſis &c. nunc profani omnes juris. Nam Miſnenſem, Merſeburgenſem & Naumburgenſem Epiſcopatum cum Abbatia Saalfeldenſi Saxoniæ Duces; reliquos vero Epiſcopatus Elector Brandeburgicus occupavit, Quedlinburgenſe & Gerenrodenſe cœnobium Abbatiſſæ, ut vocant, Lutheranæ incolunt, ut plura alia monaſteria ſilentio involvam.

5. *Qui reliqui Status Seculares?*

I. Saxoniæ Duces Vinarienſes, Gothani, Meinungenſes, Hilpershuſani, Saalfeldenſes, Coburgenſes &c. II. Principes Anhaltini, Deſſavienſes, Bernaburgenſes, Cœthenſes & Serveſtenſes. III. Principes Schwarzburgici, Sondershuſiani & Rudelſtadiani. Princeps item Fundanus, qui

Nans-

tischen. 2. Die Herzogthümer Weissenfels, Merseburg, Zeiz. 3. Die Ober - sammt einem Theile der Niederlausitz, u. s. w. Die churfürstliche Residenzstadt ist Dreßden an der Elbe.

3. Was besitzt Churbrandenburg in diesem Kreise?

1. Die Mark Brandenburg, so in die Alte, Neue, Mittel - und Uckermark u. s. w. getheilet wird. 2. Hinterpommern und einen Theil von Vorpommmern und Niederlausitz, sammt dem Fürstenthum (zuvor Bischthum) Camin u. s. w. Die churfürstliche Residenzstadt ist Berlin an der Spree.

4. Welche sind die geistlichen Stände?

In diesem Kreise waren ehedessen viel ansehnliche Bischthümer, nämlich Meissen, Merseburg, Naumburg, Brandenburg, Havelberg, Camin und Lebus; imgleichen die gefürsteten Abteyen, Saalfeld, Quedlinburg, Gernrode, u. a. m. welche nunmehro alle säcularisirt worden. Denn die Bischthümer Meissen, Merseburg und Naumburg sammt der Abtey Saalfeld haben die Herzoge zu Sachsen; die übrigen Bischthümer aber hat Churbrandenburg an sich gezogen. Quedlinburg und Gernrode wird von lutherischen so genannten Aebtissinnen bewohnet, vieler anderer Klöster zu geschweigen.

5. Welche sind die übrigen weltlichen Stände?

I. Die Herzoge zu Sachsenweinmar, Gotha, Meinungen, Hildburgshausen, Saalfeld, Coburg u. s. w. II. Die Fürsten von Anhaltdessau, Bernburg, Cöthen und Zerbst. III. Die Fürsten von Schwarzburg, Sondershausen und Rudelstadt; wie auch der Fürst von Fondi, der ein Graf von Mansfeld und katholisch ist. IV.

Die

Mansfeldiæ Comes, Catholicus. IV. Comites Barbienſes, Gleichenſes, Hohenſteinii, Reuſſenſes, Schönburgici, Stolbergenſes &c.

IX.

Circulus Saxoniæ inferioris.

1. *Qui Circuli hujus Directores?*

Archiepiſcopi Magdeburgenſis & Bremenſis, in quorum locum ſucceſſere Electores Brandeburgicus & Hannoveranus.

2. *Quæ Electoris Hannoverani Provinciæ?*

1. Ducatus Luneburgicus & Lavenburgicus. 2. Principatus Calenbergenſis ſive Hannoveranus, ubi Hannovera, Electoris ſedes. 3. Principatus Grubenhagenſis &c. præter Ducatum (olim Archiepiſcopatum) Bremenſem &c.

3. *Qui Status ſive Ordines Eccleſiaſtici?*

Ex tot Circuli hujus Epiſcopatibus, Magdeburgenſi nempe & Bremenſi, Halberſtadiano, Sverinenſi, Slesvicenſi, Lubecenſi & Raceburgenſi ſolus Hildeſienſis in priſtina Juris & Jurisdictionis ſacræ poſſeſſione, fideque orthodoxa adhuc perſiſtit, poſteaquam in pacificatione Weſtphalica Archiepiſcopatus Magdeburgicus cum Epiſcopatu Halberſtadiano Electori Brandeburgico; Archiepiſcopatus Bremenſis Sueco primum, ac poſtea Hannoverano; Epiſcopatus Sverinenſis & Raceburgenſis Ducibus Megalopolitanis ceſſere. Epiſcopatum porro Lubecenſem Princeps Lutheranus ex Holſatiæ Ducibus Gottorpianis, quem

Die Grafen von Barby, Gleichen, Hohenstein, Reussen, Schönburg, Stollberg, u. a. m.

IX.

Der niedersächsische Kreis.

1. Wer sind die ausschreibenden Fürsten?

Der Erzbischof zu Magdeburg, und der Erzbischof zu Bremen, derer Stelle Churbrandenburg nnd Churhannover nunmehr vertreten.

2. Welche sind die churhannovrischen Länder?

1. Die Herzogthümer Lüneburg und Lauenburg. 2. Das Fürstenthum Calenberg oder Hannover, worinnen Hannover die churfürstliche Residenzstadt. 3. Das Fürstenthum Grubenhagen, nebst dem Herzogthum (zuvor Erzbischthum) Bremen u. s. w.

3. Welche sind die geistlichen Stände?

Aus so vielen Bischthümern dieses Kreises, nämlich Magdeburg, Bremen, Halberstadt, Schwerin, Schleßwig, Lübeck und Ratzeburg, ist allein das Bischthum Hildesheim in seinem uralten Besitze geistlicher Gewalt, Rechte, Bottmäßigkeit und wahren Glauben annoch verblieben, nachdem durch den westphälischen Frieden das Erzbischthum Magdeburg sammt dem Bischthum Halberstadt an Churbrandenburg, das Erzbischthum Bremen anfangs an Schweden, hernach an Hannover, die Bischthümer Schwerin und Ratzeburg aber an die Herzoge von Mecklenburg gekommen sind. Das Bischthum Lübeck pflegt ein lutherischer Fürst aus dem herzoglichen Hause Holstein Gottdorff zu verwalten;

quem Epiſcopum vocant, adminiſtrare ſolet; Slesvicenſem vero Rex Daniæ tenet.

4. *Qui reliqui Status Seculares?*

I. Dux Guelpherbytanus, cujus eſt Ducatus Brunſvicenſis &c. Domus item Beverana & Blanckenburgenſis ex eadem Ducum familia. II. Duces Megalopolitani, Sverinenſis & Strelitienſis: Sverinenſis poſſidet Ducatum Megalopolitanum, Principatum Vendenſem cum Principatu (olim Epiſcopatu) Sverinenſi, & Comitatu ejusdem nominis; Roſtochienſe item Dominium cum urbe Roſtochio &c. Strelitienſis vero Principatum Raceburgenſem & Dominium Stargardienſe &c. III. Dux Slesvicenſis & Dux Holſatiæ. Uterque hic Ducatus inter Daniæ Regem, Ducemque Holſatiæ eſt diviſus. IV. Urbes Imperiales Hamburgum, Lubeca, Brema, Goslaria, Mülhuſium & Nordhuſium.

§ II.

De magna Penſilvania Scandia ſive Scandinavia.

Quæ hæc Europæ Pars?

Extrema Septentrionem verſus, Sueciam & Norwegiam complectens. Nos Daniam quoque adjungimus, utpote conterminam, & eidem, cui Norwegia, Domino ſubjectam.

SVE-

ten; das schleßwigische Bischthum aber besitzt dermalen der König in Dänemark.

4. Welche sind die übrigen weltlichen Stände?

I. Der Herzog von Wolffenbüttel, dem das Herzogthum Braunschweig u. s. w. gehörig; wie auch Bevern und Blankenburg, so eben von diesem Hause abstammen. II. Die Herzogen von Mecklenburgschwerin, und Strelitz. Schwerin besitzt 1. das Herzogthum Mecklenburg, 2. das Fürstenthum Wenden, 3. das Fürstenthum (vor diesem Bischthum) und Grafschaft Schwerin, 4. die Herrschaft sammt der Stadt Rostock u. s. w. Strelitz aber hat das Fürstenthum Ratzeburg, und die Herrschaft Stargard u. a. m. in Besitz genommen. III. Die Herzoge von Schleßwig und Holstein. Beyde diese Herzogthümer sind zwischen dem König von Dänemark, und dem Herzog von Holstein Gottdorff vertheilt. IV. Die Reichsstädte Hamburg, Lübeck, Bremen, Goslar, Mühlhausen und Nordhausen.

Zweyter Absatz.

Von der großen Halbinsel Scandien oder Scandinavien.

Was ist dieser für ein Theil von Europa?

Der äußerste gegen Norden, so Schweden und Norwegen begreift. Wir ziehen auch Dänemark darzu, als welches Königreich nächst daran, und mit Norwegen unter einem Haupte stehet.

SVECIA.

1. *Qui Sueciæ limites?*

Ad Septentrionem Lappia Norwegica, ad Ortum Moſcovia, ad Auſtrum mari Baltico & Curlandia, ad Occaſum Norwegia clauditur.

2. *Quæ Aquæ?*

Mare Balticum, ſinusque Bothnicus & Finnicus, cum multis lacubus locisque paludoſis,

3. *Quæ Aura?*

Perfrigida; attamen in parte præſertim Auſtrali, ubi pauciores ſunt paludes, pura, oppidoque ſalubris, ita ut non raro incolæ vitam ultra centum annos producant. Pars porro Septentrionalior ob crebras paludes inſalubris eſt.

4. *Quæ ſoli fertilitas?*

Id de Europa univerſa generatim dicendum, regiones Boreales eo minus eſſe frugiferas, quo propius ad Polum accedunt; contra quo longius inde recedunt, eo eſſe fertiliores. Superior igitur Sueciæ tractus cum ob frigoris inclementiam, tum ob frequentes paludes ſterilis admodum eſt. Auſtralior vero, non obſtante ſex menſium peracri hyeme, tritico, paſcuis, ſylvis, cervis, alcibus, muſtelis alpicis &c. abundat. Nec usquam æris venas opulentiores reperias.

5. *Quæ præcipue Sueciæ partes?*

1. Gothia, 2. Suecia proprie dicta, 3. Lappia Suecica, 4. Finnia. Ingria porro & Livonia ditionis hodie ſunt Moſcoviticæ.

6. *Quæ*

Schweden.

1. Was hat Schweden für Gränzen?

Gegen Norden das norwegische Lappland, gegen Osten Moscau, gegen Süden die Ostsee und Curland, gegen Westen Norwegen.

2, Was hat es für Wasser?

Das balthische Meer, sammt dem bothnischen und finnischen Meerbusen, nebst vielen Seen nnd sumpfichten Orten.

3. Was für Luft?

Sehr kalt; jedoch (wenigst im untern oder südlichen Theile, wo es nicht so sumpficht ist) rein und gesund; also daß die Leute allda gar oft über hundert Jahre alt werden. Der obere oder nördliche Theil ist wegen vielfältigen Moråsten ungesund.

4. Wie steht es mit der Fruchtbarkeit?

Hier ist überhaupt von Europa zu merken, daß die nördlichen Länder desto minder fruchtbar sind, je näher sie gegen dem Pol liegen; hingegen je weiter sie davon entfernet, je fruchtbarer sind sie. Derohalben im nördlichen Theile Schwedens, ist sowohl wegen großer Kälte, als vielfältigen Sümpfen schlechte Fruchtbarkeit zu finden. In dem südlichen Theile aber, unerachtet des 6 monatlichen scharfen Winters wächst auch Getreid; giebt gute Viehweide, viele Waldungen, und darinnen eine Menge Hirschen, Elende, Hermelinen u.d.m. So wird man auch kaum irgend trefflichere Kupferberge finden.

5. Welche sind die Haupttheile von Schweden?

1. Gottland, 2. Schweden an sich 3. das schwedische Lappland, 4. Finnland. Ingermanland und Liefland stehen nunmehr unter russischer Botmäßigkeit.

6. *Quæ regni metropolis?*

Holmia, quæ multis e mari prominentibus ſcopulis cingitur.

7. *Qui Suecorum mores?*

Sunt frigoris, inediæ, laboris patientes, robuſti, & bellicoſi.

8. *Quæ regiminis forma in Suecia?*

Olim nihil gravioris momenti licebat Regi ſuſcipere, quin prius quatuor regni ordines, nempe Eccleſiaſticorum, Nobilium, Civium & Ruſticorum in conſilium adhiberet, quoad anno 1680 Carolo XI ſuprema ab iisdem poteſtas eſt conceſſa; qua tamen a Caroli XII obitu Ulrica Eleonora, Regis defuncti ſoror, cum Friderico Haſſo-Caſſelano, thori regnique conſorte, ſe denuo abdicavit. Tandem anno 1772 Regi priſtina poteſtas obvenit.

9. *Quæ ibidem Religio?*

Lutheri ubique doctrina, recepta eſt.

NORWEGIA.

1. *Qui Regni hujus termini?*

Ad Septentrionem & Occidentem Oceanus Germanicus, ad Meridiem ſinus Scagenſis ſeu Danicus, ad ortum perpetuus montis tractus, quo a Suecia ſejungitur.

2. *Quæ aquæ?*

Occidentem verſus in Oceano Germanico eſt vortex ſive Euripus omnium maximus (vulgo Mälſtrom) qui naves onerarias & vicina quæque abſorbet.

3.

6. Welche ist die Hauptstadt in Schweden?

Stockholm so mit vielen aus dem Meere hervorragenden Felsen, oder Scheeren ist umgeben.

7. Wie sind die Schweden geartet?

Sie sind der Kälte, Hungers und Arbeit gewohnt, wohl bey Leibe, und kriegerisch.

8. Was ist für eine Regierungsform in Schweden?

Vor Zeiten konnte der König nichts wichtiges vornehmen, ehe er die vier Reichsstände, nämlich die Geistlichkeit, den Adel, die Bürger, und das Landvolk zu Rathe gezogen; bis im Jahre 1680 Karle XI die Oberherrschaft und höchste Gewalt allein zugestanden worden; welcher Vollmacht aber nach Carls XII Ableiben im Jahre 1719 Ulrica Eleonora, des verstorbenen Königs Schwester, sammt ihrem Ehe- und Reichsgenosse Friedrich von Hessencassel wiederum entsagen mußte. Im Jahre aber 1772 bekam der König den alten Obergewalt.

9. Was für eine Religion hat Schweden?

Man hat überall des Luthers Lehre angenommen.

Norwegen.

1. Was hat dieses Königreich für Gränzen?

Gegen Norden und Westen die Nordsee, gegen Süden den dänischen Meerbusen oder so genannten Cattegat oder Schagerrack, gegen Osten das Hochgebirg, wodurch es von Schweden wird abgesondert.

2. Was hat es für Wasser?

Gegen Westen befindet sich der so genannte Mälstrom in der Nordsee, er ist ein sehr großer Meerstrudel, so die größte Lastschiffe verschlinget, wann sie zunahe kommen.

3. *Quæ terræ indoles?*

Regio hæc ob deserta & inhospita tesqua, horridaque montium altissimorum juga partem potissimam aspera est & inculta; frugum tamen sat ferax, ubi solum culturæ patiens est. Arbores ibi prægrandes, malis navibusque fabricandis aptissimæ; æris item, magnetis, picis, pellium ac piscium, asellorum præcipue marinorum, qui in vicino mari capiuntur, magna copia.

4. *Quæ Norwegiæ Partes?*

Sex complectitur Provincias 1. Bahusiam, quæ Suecorum est. 2. Aggerhusiam, 3. Bergensem, ubi Berga metropolis, 4. Stavangriam, 5. Nidrosiam, 6. Saltensem, 7. Wardhusiam.

5. *Qui Norwegorum mores?*

Gens est rudis; in arte tamen fabrili probe exercitata. algoris, inediæ, ac laboris tolerans, piscatuque & venatione ut plurimum victitans.

6. *Quæ eorundem Religio?*

Et hi Lutheri placita, amplectuntur.

7. *Qui, qualesque Lappones?*

Hi triplicis sunt generis. 1. Qui ad Boream sunt remotissimi, Daniæ Regi parent. 2. Qui ad ortum habitant sub Moscorum sunt imperio. 3. Reliqui iique potiores sinum Bothnicum versus, Sueciæ Regi subsunt, genus hominum barbarum, sylvestre, superstitiosum, ac veneficiis infame, qui ventos navigaturis vendere dicuntur. Equorum loco rangiferos, cervis haud multum absimiles, vehiculis jungunt, seu trahis, quibus brevissimo temporis spatio maxima conficiunt itinera.

DA-

3. Wie ist das Erdreich beschaffen?

Es ist wegen vielen Einöden, Wildnissen, rauhen und hohen Gebirg meistentheils wüst und öde; jedoch sind jene Gegenden, die man anbauen kann, zimlich fruchtbar. Hier giebt es sehr große und dicke Bäume, welche zu Mastbäumen und zum Schiffbaue sonderlich bequem sind, auch viel Kupfer, Magnetstein, Pech, Pelzwerk und nebst andern Fischen sonderbar Stockfische, so im nächsten Meere häufig gefangen werden.

4. Was hat Norwegen für Theile?

Es begreifet sechs Provinzen, 1. Bahus, welches der Krone Schweden gehörig, 2. Aggerhus, oder Opslo, 3. Bergenhus, allwo Bergen die Hauptstadt, 4. Stavanger, 5. Drontheim, 6. Salten, 7. Wardhus.

5. Wie sind die Norweger gesittet?

Sie sind nicht sonders geschickt; jedoch im Bauwesen wohl erfahren, können Kälte, Hunger und Arbeit ausdauren, nähren sich meistens mit dem Fisch- und Wildfang.

6. Was haben sie für eine Religion?

Auch diese hangen des Luthers Neuerungen an.

7. Wer sind die Lappländer?

Es giebt dreyerley. 1. Die zu äußerst gegen Norden gelegen, gehören zur Krone Dänemark. 2. Die gegen Osten wohnen, stehen unter Moscau. 3. Die übrigen gegen dem bothnischen Meerbusen, so die mehrere Zahl ausmachen, sind der Krone Schweden unterworfen. Ist ein sehr wildes, ungeschlächtes, dem Aberglaube, und Zauberey ergebenes Volk, so den Schiffern die Winde zu verkaufen pflegt. An statt der Pferde spannen sie die Rennthiere, so den Hirschen nicht viel ungleich, an kleine Schlitten, und machen hierdurch in gar kurzer Zeit sehr große Reisen.

DANIA.

1. *Quæ regni hujus confinia?*

Ad Septentrionem & Occidentem mare Germanicum, ad Orientem ſinus Scagenſis, & mare Balticum, ad Auſtrum Holſatia.

2. *Quæ Aquæ?*

Præ ceteris memorandus ſinus Scagenſis(aliis Codanus, aliis Danicus, Jutiam inter & Sueciam ac Daniæ inſulas) ex quo triplex in mare Balticum tranſitus, nempe 1. per fretum Balticum minus, Jutiam inter & Fioniam. 2. per fretum Balticum majus, Fioniam inter & Selandiam. 3.per fretum Sundicum (interHelſingam Scaniæ & Croneburgum Selandiæ urbem) tam anguſtum, ut tormentis utrinque inceſſi poſſint navigia, quæ hic vela demittere, & conſtitutum a Daniæ Rege portorium pendere coguntur.

3. *Quod cæli ſolique ingenium?*

Aura perfrigida eſt; terra frumento, paſcuis, equis feriſque abundat.

4. *Quæ Danicæ Provinciæ?*

1. Jutia peninſula, olim Cimbrica Cherſoneſus, 2. Selandia & Fionia Inſulæ majores, cum multis aliis minoribus.

5. *Quæ Regni Metropolis?*

Hafnia in inſula Selandia, ubi portus inſignis.

6. *Qui Danorum mores?*

Navigationibus etiam remotis jam olim aſſueti, mercimoniis præcipue dant operam, ad ſcientias æque atque arma tractanda idonei.

7. *Quod*

Dänemark.

1. Was hat dieses Reich für Gränzen?

Gegen Norden und Westen das deutsche Meer, gegen Osten den Cattegat, und die Ostsee, gegen Süden das Herzogthum Hollstein.

2. Was giebt es da für Gewässer?

Aus vielen andern ist zu merken der Schagerrack oder dänische Meerbusen zwischen Jütland, Schweden, und dänischen Inseln, wordurch eine dreyfache Durchfahrt in die Ostsee, nämlich 1. durch den kleinen Belt oder Middelfahrt zwischen Jütland und Fünen, 2. durch den großen Belt zwischen Fünen und Seeland, 3. durch den Sund (zwischen den Festungen Helsiburg in Schonen, und Kronenburg in Seeland) welcher so schmal, daß man die Schiffe beyderseits mit den Stücken erreichen kann, welche demnach die Segel niederlassen und den vom König in Dänemark gesetzten Zoll entrichten müssen.

3. Wie ist die Luft und das Erdreich beschaffen?

Die Luft ist sehr kalt; doch giebt es viel Getreid, gute Viehweide, treffliche Pferde, und große Jagdbarkeit.

4. Was gehört zu Dänemark?

1. Die Halbinsel Jütland vor diesem die cimbrische Halbinsel genannt. 2. Die größern Inseln Seeland und Fünen sammt vielen kleinern.

5. Wie heißt die königliche Hauptstadt?

Copenhagen auf der Insel Seeland, wo ein vortrefflicher Hafen.

6. Wie sind die Dänen gesittet?

Sie sind schon von Alters her weit entlegener Schiffahrten gewohnt, und verlegen sich sonderbar auf die Handelschaft, können sich auch wohl in die Wissenschaften, als Waffen schicken.

7. *Quod Regimen?*

Monarchicum.

8. *Quæ Religio?*

Vera Evangelii doctrina repudiata, Luthero adhæſere, non paucis tamen Catholicorum ceremoniis retentis.

§. III.

MOSCOVIA.

1. *Qui Moſcoviæ fines?*

Ad Septentrionem mare habet glaciale; adOccidentem Lappiam Norwegicam, Poloniam & Sueciam; ad AuſtrumTartariam minorem, Circaſſiam, mare Nigrum & Caſpium; ad Orientem Tartariam majorem ſive Aſiaticam.

2. *Quæ aquæ?*

Fluvii Volga, Obius, Tanais, Dvina &c.Lacus Ladoga longus 36, latus 20 milliaria Germanica, & lacus Onega qui longitudine 50, latitudine 18 milliaria complectitur.

3. *Quæ terræ indoles?*

Regio hæc ſpatiis ingentibus diffuſa in mediterraneis fere plana eſt; ad oras vero maritimas in montes aſſurgit altiſſimos, plena paſſim ſylvis, lacubus, & majoribus fluminibus, quorum aquæ ingenti labore ſumptuque, at non minore operæ pretio compendioque per factitios alveos ſive *Canales* jungi nuper, committique cœpere, ut inde in mare Balticum & Caſpium, PontumqueEuxinum navibus liber pateat acceſſus. Aura po-

tio-

7. Wie ist das Regiment beschaffen?

Monarchisch.

8. Wie der Gottesdienst?

Sie sind vom wahren Evangelium abgewichen, und dem Luther gefolgt; haben jedoch noch etliche katholische Ceremonien beybehalten.

Dritter Absatz.

Moscau.

1. Was hat Moscau für Gränzen?

Gegen Norden das Eismeer; gegen Westen das norwegische Lappland, Polen und Schweden; gegen Süden die kleine Tartarey, Circassien, das schwarze, und caspische Meer; gegen Osten die große oder asiatische Tartarey.

2. Was ist allda für ein Gewässer?

Die Flüsse Wolga, Oby, Don, Dwina, u. a. m. Der See Ladoga, welcher 36 deutsche Meilen lang, und 20 breit; und der See Onega, so 50 Meilen lang, und 18 breit ist.

3. Wie ist das Erdreich beschaffen?

Dieses ungeheur große Land ist in der Mitte zimlich eben, gegen dem Meer zu aber hat es sehr große Berge. Es ist voller Wälder, See und Flüsse, derer Gewässer vor kurzer Zeit mit unsäglicher Mühe und Kosten, doch nicht mit geringern Nutzen und Vortheil durch die geführte Canäle dermassen vereinbaret und zusammengeleitet worden, daß man hierdurch in das balthische, caspische und schwarze Meer ungehindert schiffen kann. Die Luft ist die meiste Jahrs-

tiorem anni partem frigidiſſima eſt, quam æſtas ſubinde excipit tam fervida, ut ſerant alicubi ineunte Junio, Julio exeunte metant. Feris ſylvæ abundant. Loca deſerta non pauca, in Siberia præſertim, ubi pretioſæ murium Ponticorum & muſtellarum Scythicarum pelles, quas ut integras ſervent, beſtiolas illas telis obtuſis, inque naſum fere directis, dejiciunt ex arboribus.

4. *Quæ Moſcoviæ Partes?*

Quatuor præcipuæ 1. Ruſſia Occidentalis, 2. Ruſſia Orientalis, 3. Tartaria Moſcovitica, 4. Lappia Moſcovitica, quibus aliæ multæ Provinciæ, Suecis ereptæ, acceſſere, nempe Livonia, Ingria, Careliæ pars. ut taceam urbes regionesque Perſico bello partas. Sed ſilentio prætermittendum haud eſt *Petersburgum* nova metropolis & Imperatoris ſedes, ſive S. Petri caſtrum longe munitiſſimum, celeberrimumque emporium ad Sinum Finnicum, in quem Nieva fluvius ſe infundit, anno 1703 ædificari cœptum.

5. *Quæ olim Metropolis?*

Moſcua, quæ omnium Europæ urbium ampliſſima eſſe perhibetur, ad Moſcum amnem.

6. *Qui incolarum mores?*

Gens hæc rudis omnino erat, barbara & inculta, quoad Petrus I Ruſſiæ Monarcha poſt varias Europæ regiones peragratas bonarum artium diſciplinas, cumque his mores pariter cultiores politioresque haſce in terras cœpit invehere.

7. *Quæ ibidem regiminis forma?*

Eſt valde imperioſa ac prope deſpotica.

8. *Quæ*

zeit hindurch ungemein kalt. Doch folgt zu Zeiten ein so warmer Sommer darauf, daß man an einigen Orten zu Anfang des Brachmonats, säen, und zu End des Heumonats ärnden kann. Die Wälder sind voller Gewild. Viele Orte sind ganz öde und unbewohnt, sonderbar in Siberien, wo die kostbare Hermelin- und Zobelfelle herkommen, damit diese nicht beschädiget werden, schießt man sie mit stumpfen und gemeiniglich auf die Nase zielenden Bolzen von den Bäumen herunter.

4. Wie wird Moscau eingetheilt?

In vier Hauptheile, 1. in Westrußland, 4. in Ostrußland, 3. in die moscowitische Tartarey, 4. in das moscowitische Lappland. Zu diesen sind noch viel andere Landschaften gekommen, welche den Schweden sind abgenommen worden, nämlich Liefland, Ingermanland, ein Theil von Carelien, vieler im persischen Kriege eroberter Städte und Länder zu geschweigen. Doch solle mit Stillschweigen nicht umgangen werden die weltberühmte Festung, die neue Haupt- und Residenzstadt, zugleich auch Handelsplatz Petersburg, welche an den finnländischen Meerbusen, wo der Fluß Nieva hineinfällt, im Jahre 1703 angelegt worden.

5. Wie heißt die vormalige Hauptstadt?

Moscau, welche die größte Stadt in Europa seyn solle, an dem Fluß Moscau.

6. Wie sind die Einwohner geartet?

Sie waren vor diesem sehr unwissend, grob und ungeschlacht, bis Petrus I Monarch in Rußland, nachdem er verschiedene Länder in Europa selbst durchreiset, die freye Künsten und Wissenschaften, folgsam auch höflichere und geschlifnere Sitten in sein Land eingeführet.

7. Was ist hier für eine Regierungsform?

Sie ist sehr uneingeschrenkt und fast despotisch.

8. *Quæ Moſcorum Religio?*

Hi cum Græcis Schiſmaticis ferme conveniunt.

§. IV.

POLONIÆ REGNUM.

1. *Quæ Regiones conterminæ?*

Ad Septentrionem Boruſſia, Curlandia & Livonia cum Móſcoviæ parte, ad Ortum itidem Moſcovia; adOccidentem Sileſia, Marchia Brandeburgica & Pomerania; ad Auſtrum Valachia, Tranſylvania & Hungaria,

2. *Qui fluvii præcipui?*

Viſtula Cracoviam, Varſoviam, Thorunium &c. alluens, infra Dantiſcum mare ſubit Balticum; Boryſthenes vero & Tyras in Pontum Euxinum ſeſe exonerant.

3. *Quæ cœli affectio locique natura?*

Aer perfrigidus quidem, ſed ſalubris, niſi quod in Lithvaniæ quibusdam locis paluſtribus craſſior fit & inſalubrior. Terra frumento, cera, melle, ſale, pice, metallis, pecore, jumentis, feris ac piſcibus omnis generis abundat.

4. *Quæ præcipuæ Regni Polonici partes?*

1. Polonia proprie dicta, 2. magnus Lithvaniæ Ducatus, 3. Boruſſia regalis ſive Polonica &c. Hujus regni anno 1772 magna pars, Auſtriæ, Ruſſiæ & Boruſſiæ, quæ proxima fuerat earum regionibus, ceſſit. Unde regnum quarta regionum, tertia vero redituum parte diminutum eſt.

8. Was haben die Moscowiter für eine Religion?

Sie kommen mit den griechischen Abtrinnigen fast überein.

Vierter Absatz.

Das Königreich Polen.

1. Was für Länder gränzen an Polen?

Gegen Norden Preussen, Cur- und Liefland sammt einem Theile von Moscau; gegen Osten gleichfalls Moscau; gegen Westen Schlesien, die Mark Brandenburg und Pommern; gegen Süden die Wallachey, Siebenbürgen und Ungarn.

2. Welche sind die vornehmsten Flüsse?

Die Weichsel, welche bey Cracau, Warschau, Thorn u. s. w. vorbey fließt, und unterhalb Danzig in die Ostsee sich ergießt; der Dnieper aber und Dniester stürzen sich ins schwarze Meer.

3. Wie ist die Luft und das Erdreich bestellet?

Die Luft ist zwar kalt, doch gesund, außer daß selbe an etlichen sumpfichten Orten in Lithauen etwas dicker und ungesunder ist. Die Erde hat am Getreide, Wachs, Honig, Salz, Pech, Bergwerken, klein und großem Viehe, Wildprete, und allerhand Fischen einen Ueberfluß.

4. Welche sind die Haupttheile des polnischen Reichs?

1. Polen an sich, 2. das Großherzogthum Lithauen, 3. das königliche oder polnische Preussen u.s.f. Von diesem Reiche erhielt 1772 der österreichische, rußische und preussische Hof einen großen Flecken, der nächst an ihre Länder stoßte, wodurch das Reich den vierten Theil seiner Länder, und den dritten Theil der Einkünfte verlohr.

5. Wel-

5. *Quæ regni hujus urbes præcipuæ?*

Cracovia regni totius, Vilna Lithvaniæ metropolis eſt, Varſovia Regum ſedes.

6. *Qui Polonorum genius?*

Sunt fortes & animoſi, atque adverſus Turcas aliosque Eccleſiæ hoſtes prorſus intrepidi, equo ut plurimum merere ſoliti, nobilitatis avitæque libertatis apprime tenaces.

7. *Quæ regiminis forma?*

Partim Monarchica, partim Ariſtorcatica cum Democratica permiſta.

8. *Quæ Religio?*

Catholica; tolerantur tamen alicubi Lutherani, Calviniſtæ, aliique Sectarii, quos *Diſſidentes* vocant.

§. V.
TURCIA EUROPÆA.

1. *Quos hæc habet terminos?*

Ad Septentrionem Poloniam & Hungariam; ad ortum Pontum Euxinum; ad Auſtrum Mediterraneum, ad occaſum mare Adriaticum.

2. *Quæ præcipuæ ejusdem Partes?*

1. Bulgaria, Beſſarabia, Thracia ſive *Romania*, Græciaque univerſa, quæ uno omnes nomine *Romelia* appellantur, atque a ſupremo Præfecto *Beglerbeg* dicto, cujus ſedes urbs Sophia, Bulgariæ metropolis, adminiſtrantur. 2. Bosniæ, Croatiæ, Dalmatiæ & Serviæ pars. 3. Inſulæ Creta ſive *Candia*, centum olim urbibus frequens, & Euboea vulgo

5. Welche sind die vornehmsten Städte dieses Reichs?

Cracau ist des ganzen Königreichs, Vilna aber des Großherzogthums Lithauen Hauptstadt, Warschau die königliche Residenz.

6. Wie sind die Polacken genaturet?

Sie sind starkmüthig und beherzt, auch wider die Türken und andere Feinde der Kirche ganz unerschrocken; dienen meistens zu Pferd, halten viel auf ihren Adel und alte Freyheiten.

7: Wie ist die Regierung bestellet?

Sie ist theils monarchisch, theils aristokratisch, und zum Theile demokratisch.

8. Wie ist die Religion?

Katholisch; jedoch werden auch an einigen Orten die Lutheraner, Calvinisten, und andere Sectirer, so man Dißidenten nennet, geduldet.

Fünfter Absatz.

Die europäische Türkey.

1. Was hat diese für Gränzen?

Gegen Norden Polen und Ungarn; gegen Osten das schwarze; gegen Süden das mittelländische; und gegen Westen das adriatische Meer.

2. Was hat selbe für Haupttheile?

1. Bulgarien, Bessarabien, Thracien, oder Romanien und ganz Griechenland, welche alle zusammen Romelia heißen, und von einem Beglerbeg oder obersten Statthalter, dessen Residenz Sophia die Hauptstadt in Bulgarien, verwaltet werden. 2. Ein Theil von Bosnien, Croatien, Dalmatien und Servien. 3. Die Inseln Creta oder Candia, worinn man vor diesem hundert Städte zählte, und Euböen oder

vulgo *Negroponte*, cum aliis Archipelagi insulis, quarum plerisque nova hodie nomina indidere. Has inter est insula Pathmos sive *Palmosa*, ubi S. Joannes Apocalypsin scripsit.

3. *Quæ Imperatoris Turcici Sedes?*

Adrianopolis primum, donec sedes regia Constantinopolim (Turcæ Stambol vocant) A. 1453 a Mahomete II captam, est translata.

4. *Quæ Turcarum ingenia?*

Gens hæc atrox, truculenta & barbara, ad regnorum, bonarumque artium excidium nata, non propria virtute, sed Principum Europæorum dissidiis, gravissimisque Pseudochristianorum præcipue, ipsis adeo Turcis pejorum, flagitiis ad tantum dominationis fastigium est grassata.

5. *Quæ Turcarum Religio?*

Nefariis omnes impii Mahometis superstitionibus sunt dediti, quibus immisti Schismatici Græci, Deo & Ecclesiæ rebelles, miseram serviunt servitutem.

6. *Quæ celebriores antiquæ Græciæ Provinciæ?*

1. Macedonia, ubi Thessalonica, hodie *Salonichi*, 2. Albania sive *Arnaut*, 3. Epirus, 4. Ætolia, ubi Actium Promontorium, 5. Achaja, nunc *Livadia*, ubi olim Athenæ urbs & Academia toto orbe celeberrima, campi Marathonii, mons Parnassus, aliaque antiquitatis monumenta. 6. Thessalia sive *Janna*, ubi Campi Pharsalici, amœnissima Tempe, mons Olympus &c. 7. Peloponnesus sive *Morea*, ubi Corinthus, Sparta &c. fuerat.

No-

Negroponte sammt andern Inseln des Archipelagus, denen fast durchgehends neue Namen geschöpfet worden. Darunter ist die Insel Pathmos oder Palmosa, allwo der H. Johannes die heimliche Offenbarung geschrieben.

3. Wo ist die Residenz des türkischen Kaisers?

Sie war Anfangs zu Adrianopel, bis Mahomet II im Jahre 1453 Constantinopel, oder Stambol, wie es die Türken nennen, erobert, und seine Residenz dahin verlegt.

4. Wie sind die Türken geartet?

Dieses wilde, grausame und barbarische Volk, welches zum Untergange der Länder, guter Künsten und Wissenschaften gebohren zu seyn scheint, ist nicht durch eigne Tugend und Tapferkeit, sondern durch Uneinigkeit der europäischen Fürsten und gräuliche Laster sonderbar der Afterchristen, die ein weit ärgeres und gottloseres Leben als die Türken selbst führen, zu so großer Macht und Weltbeherrschung gelangt.

5. Was haben die Türken für eine Religion?

Sie hangen alle den schändlichen Irrthümern des gottlosen Mahomets an, und müssen unter ihnen die GOtt und den Menschen meineidige Schismatiker oder abgetrennte Griechen am harten Joche der Dienstbarkeit ziehen.

6. Welche waren die berühmtern Provinzen des alten Griechenlands?

1. Macedonien, darinnen die Stadt Thessalonica oder Salonichi, 2. Albanien, oder Arnaut, 3. Epirus, 4. Aetolien, allwo das Vorgebirg Actium, 5. Achajen oder Livadien, darinnen vor Zeiten die Stadt und weltberühmte Universität Athen, die marathonischen Felder, der Berg Parnassus sammt andern denkwürdigen Seltsamkeiten. 6. Thessalien oder Janna, worinnen die pharsalischen Felder, der Lustgarten Tempe, der Berg Olympus u. s. w. 7. Peloponnesus oder Moreen, darinnen die Stadt Corinthus, Sparta u. a. m. waren.

7. *Quis Græciæ hodiernæ ſtatus?*

Nobiliſſima hæc regio, omni antehac diſciplinarum genere longe excultiſſima, ſedes nunc eſt ignorantiæ, meraque barbaries.

8. *Quæ terræ fertilitas?*

Hæ aliæque Turcicæ ditionis Provinciæ erant olim cultiſſimæ, rerumque omnium affluentia refertiſſimæ; quæ tamen hodie ab incolarum vel inſcitiam vel inertiam magnam partem neglectæ jacent.

§. VI.

BRITANNIA.

1. *Quis hujus ſitus?*

Undique mari cingitur, ad Septentrionem Caledonio, ad occaſum Hibernico, ad Auſtrum Britannico, ad ortum Germanico, ubi Batavi magnum quotannis quæſtum ex halecum captura faciunt.

2. *Quæ Britanniæ Diviſio?*

Inſula hæc, omnium Europæ maxima, Angliæ & Scotiæ regna complectitur, & Britannia magna appellatur. Huic Occidentem verſus adjacet Hibernia, quæ cum pluribus aliis inſulis minoribus Britanniæ Regi ſubjecta eſt.

3. *Qui fluvii præcipui?*

In Anglia Tameſis, Tavus in Scotia, ubi quatuor magna æſtuaria, quæ Scoti *Fyrth* vocant, in Hibernia Senus.

4. *Quæ urbes primariæ?*

Angliæ Londinum, Scotiæ Edenburgum, Hiberniæ Dublinum.

7. Wie ist Griechenland heut zu Tage bestellet?

Dieses edelste Land, woselbst vor Zeiten alle Wissenschaften aufs höchste gestiegen, ist nunmehr ein Sitz der Unwissenheit, und eine lautere Barbarey.

8. Wie steht es aber mit der Erde Fruchtbarkeit?

Diese und andere türkische Länder waren ehedessen im besten Stande, und brachten alles im Ueberflusse hervor; werden aber dermalen entweders aus Dummheit und Unverstand, oder aus Hinläßigkeit der Einwohner großen Theils verwahrloset.

Sechter Absatz.

Großbritannien.

1. Wie ist es gelegen?

Es wird allenthalben vom Meere umgeben, nordwärts vom schottländischen, westwärts vom irländischen, südwärts vom brittannischen, ostwärts vom deutschen Meere, woselbst die Holländer jährlich durch den Heringfang sehr großen Gewinn machen.

2. Wie wird Britannien eingetheilet?

Diese Insel, so die größte in Europa ist, begreift die zwey Königreiche England und Schottland. Gleich an der Seite gegen Westen liegt Irland, welche sammt mehr andern kleinern Inseln dem Könige in Großbritannien unterworfen.

3. Welche sind die vornehmsten Flüsse?

In England die Temse, der Fluß Tay in Schottland, woselbst vier große Aestuarien, welche die Schotten Fyrth nennen; in Irland der Fluß Schennon.

4. Welche sind die Hauptstädte?

Londen in England, Edenburg in Schottland, Dublin in Irland.

5. *Quæ cæli affectio, ſolique natura?*

In Anglia aura humidior, craſſiorque, temperata tamen. Terra utut fertiliſſima, vinum tamen non profert. Lana, ſtannum, & equi Anglici præ reliquis commendantur. Aſperioris & cæli & ſoli eſt Scotia; unde minor frugum, maxima vero piſcium, halecum præcipue ac ſalmonum copia. In Hibernia ob crebros lacus & paludes aer gravior, minusque ſalubris eſt; prata tamen pecoribus, lacus piſcibus, maxime ſalmonibus, abundant.

6. *Quæ incolarum genius?*

Hi quamdiu religioni veræ adhæſerant, miris paſſim laudibus efferebantur; at poſtquam ab ea defecere, pariter a ſe ipſis degenerarunt. Scientiis tamen, navigandi, bellandique peritia atque aliis artibus nominis ſui celebritatem conſervant.

7. *Quæ Regiminis forma?*

Monarchica, cum Ariſtocratica & Democratica permiſta.

8. *Quæ ibidem Religio?*

Catholica tantopere olim floruit, ut multæ Europæ Provinciæ, ac noſtra præcipue Germania primos orthodoxæ Fidei magiſtros & Apoſtolos debeat Britanniæ. At vero poſt horrendum illud ſchiſma, ab Henrico VIII Eccleſiæ Dei propugnatore primum ſtrenuo, dein hoſte infenſiſſimo introductum, merum diverſarum ſectarum chaos hodieque lugentes conſpicimus.

9. Quis

5. Wie ist die Luft und Erde bestellet?

In England ist die Luft zwar etwas feucht und dick; doch aber gemäßiget. Die Erde ist sehr fruchtbar; dennoch hat sie keinen Weinwachs, die engländische Wolle, Zinn, und Pferde werden sonders angerühmt. In Schottland ist Luft und Boden etwas rauher, folgsam nicht so fruchtbar; hat aber einen Ueberfluß an Fischen, sonderbar an Heringen und Lachsen. In Irland ist die Luft wegen vielen See und Pfützen, nicht so rein und gesund; doch sind die Wiesen mit Viehe, die See mit Fischen, bevorab mit Lachsen angefüllet.

6. Wie sind die Einwohner geartet?

Diese, so lang sie in der wahren Religion verharreten, hatten allenthalben ein ungemein großes Lob; nachdem sie aber von derselben abgefallen, haben sie aus ihrer vorigen Art geschlagen. Doch sind sie noch immer wegen ihren Wissenschaften, Schiffahrt, Kriegserfahrenheit, und Künsten sehr berühmt.

7. Wie ist die Regierung beschaffen?

Sie ist mit der monarchischen, aristokratischen und demokratischen vermengt.

8. Wie steht es mit der Religion?

Die katholische war ehedessen in so großem Aufnahme und Flor, daß viele Landschaften in Europa, vornemlich aber unser Deutschland die ersten Glaubenslehrer und Apostel Britannien zu verdanken hat. Allein nach der greulichen Trennung, so Heinrich VIII jener zuvor dapfere Beschützer, nachmals aber abgesagteste Feind der Kirche GOttes angezettelt, sehen wir leyder, noch heut zu Tage nichts als lauter Verwirrung von allerhand Secten.

9. *Quis antiquæ Britanniæ Status?*

Hæc Albion primum, tum ab Romanis victoribus Britannia appelata eſt. Præſidiis exinde Romanis ad Galliam defendendam avocatis. Britanni Anglos, Saxonum coloniam, contra vicinorum hoſtium incurſiones in ſubſidium advocarunt, a quibus ſtrenue primum adjuti, dein contra fidem datam patria pulſi, partim in extremum Galliæ angulum ſedem nomenque tranſtulere, partim in montes Cambriæ (Walliam hodie vocant) ſe recepere. retenta in hanc usque diem antiquæ Britanniæ lingua. Britannia ſubinde a novis incolis Anglis Anglia vocari cœpta eſt.

§. VII.

ITALIA.

1. *Qui ejus termini?*

Italia, ocreæ figuram referens, Septentrionem verſus a Germania, Helvetia, & Gallia Alpibus ſubmovetur; cetera vero mediterraneo undique mari cingitur.

2. *Qui fluvii præcipui?*

Padus, quem Poetæ Eridanum vocant, Tiberis & Atheſis.

3. *Quæ terræ fertilitas?*

Tanta ut Europæ Paradiſus appellari haud injuria poſſit; nam vinum generoſum, poma optima omnis generis, ſericum, resque alias ubertim ſuppeditat.

4. *Quæ*

9. Wie stund es vor Alters mit Britannien?

Es ward anfänglich Albion; nachgehends aber, da es die Römer erobert, Britannien genannt. Als nun nach der Zeit die römische Besatzung in Gallien zur Beschützung des Lands abgefordert wurde, haben die Britannier die Angeln, ein sächsisches Volk wider den feindlichen Anlauf der benachbarten Völker um Hülf angerufen, von denen sie anfangs dapfer unterstützet, nachmals aber treuloser Weise aus ihrem eigenen Vaterlande hinaus gejagt worden. Wovon einige in dem äußersten Winkel Galliens sich niedergelassen, mithin sammt der Wohnung auch ihren Namen dahin gebracht; einige aber sind in das Gebirg Cambriens, itzt Walles genannt, geflohen, welche noch bis auf heutigen Tag die alte britannische Sprache behalten. Britannia ist hierauf von den neuen Einwohnern, den Angeln nämlich, Angel, oder England benamset worden.

Siebender Absatz.

Italien oder Welschland.

1. Was hat es für Gränzen?

Italien, so fast einem Stiefel gleichet, wird nordwärts von Deutschlande, Schweiz und Frankreich durch die Alpen abgesondert, übrigens aber allerseits vom mittelländischen Meere umgeben.

2. Welche sind die vornehmsten Flüsse?

Der Po, den die Poeten Eridanus benamset, die Tiber, und die Etsch.

3. Was ist allda für eine Fruchtbarkeit?

Diese ist so groß, daß man Italien billig das europäische Paradies nennen kann; massen es die trefflichsten Weine, die beßten Baumfrüchte von allerley Gattung, eine Menge Seiden, und anders häufig hervorbringt.

4. *Quæ Italiæ divisio?*

In ſuperiorem, mediam & inferiorem dividi percommode poteſt. In parte ſuperiore ſeu Boreali ſeptem ſunt Ducatus, nempe Sabaudia, Pedemontium, Mons Ferratus, Ducatus Mediolanenſis, Parmenſis, Mutinenſis & Mantuanus. Tres item Reſpublicæ, Veneta, Genuenſis & Lucenſis. In Italiæ meditullio ditio eſt Summi Pontificis, & magnus Hetruriæ Ducatus. In parte inferiore ſeu Auſtrali regnum Neapolitanum. Italiæ circumjacent Inſulæ majores Sicilia, Sardinia, Corſica, & Melita, cum minoribus quibusdam.

5. *Quæ urbs Italiæ primaria?*

Roma, Imperii primum profani, imo & veteris orbis univerſi caput; inde vero Imperii Eccleſiaſtici, non per veterem duntaxat, ſed novum inſuper orbem quaquaverſus dilatati metropolis, ſummique Pontificis & Chriſti in terris Vicarii ſedes.

6. *Quæ Religio?*

Sola hic religio Catholica ſedem fixit ſtabilem, nullis unquam inferorum machinis evertendam.

7. *Quid de utriusque Siciliæ Regno commemorandum?*

1. Regnum Siciliæ cis Pharum, ſive Regnum Neapolitanum in quatuor majores, atque univerſe in duodecim Provincias diſtribuitur. Regio eſt apprime fertilis & culta, quam mons Apenninus in duas fere partes ſecat. Regni metropolis eſt Neapolis, urbs ampliſſima & frequentiſſima, Archiepiſcopi, & Regis ſedes. 2. Regnum Siciliæ

trans

4. Wie wird dieses Land eingetheilt?

Man kann es am füglichsten in das obere, mittlere, und untere Italien abtheilen. Im obern oder nördlichen Theile sind sieben Herzogthümer, nämlich Savoyen, Piemont, Montferrat, Mayland, Parma, Modena und Mantua, nebst dreyen Republiquen, Venedig, Genua und Luca. In der Mitte ist der Kirchenstaat und das Großherzogthum Florenz. Im untern oder südlichen Theile liegt das Königreich Neapel. Um Italien herum sind die größern Inseln Sicilien, Sardinien, Corsica und Malta, sammt etlichen kleinern Eyländern.

5. Welche ist die Hauptstadt in Italien?

Rom, so anfangs des römischen Reichs, ja der ganzen alten Welt, nachmals aber die Hauptstadt des nicht nur durch die alte, sondern auch neue Welt allenthalben sich erstreckenden Kirchenreichs, und zugleich des höchsten Bischofs und Statthalters Christi auf Erden Wohnsitz geworden.

6. Was ist daselbst für eine Religion?

Die katholische allein hat allda ihren beständigen Wohnsitz genommen, wovon sie durch die gesammte Höllenmacht niemal wird können verstossen und vertilget werden.

7. Was ist von dem Königreiche beyder Sicilien zu melden?

1. Das Königreich Sicilien dißseit des Faro, oder neapolitanische Königreich wird in 4 große Landschaften, überhaupt aber in 12 kleinere Provinzen eingetheilet. Ist ein sehr fruchtbares und schönes Land, welches das apenninische Gebirg fast entzwey theilet. Die Hauptstadt des Königreichs ist Neapel, welche Stadt sehr groß und volkreich, woselbst der Erzbischof, und König ihre Residenz haben. 2. Das Königreich Sicilien jenseit des Faro, oder das eigent=

trans Pharum, ſive Sicilia proprie dicta, tribus promontoriis terminatur; unde & Trinacria (a τρεῖς *tres* & ἄκρα *ſummitas, promontorium*) dicitur, dividiturque in tres Provincias ſeu valles. Urbes præcipuæ ſunt Meſſina Proregis ſedes, & Panormum. Utrobique Archiepiſcopus Sacris præeſt. Vino, frumento, fructibus &c. ita abundat, ut Italiæ horreum ac promptuarium jure appellari poſſit.

Qui Italorum mores?

Perſpicaci ſagacique ſunt ingenio, ac rerum omnium capaci. Dicuntur tamen aſtuti, ſubdoli, gloriæ, vindictæ & pecuniæ tenaces non minus quam appetentes, ac medium quodammodo tenere Hiſpanicam inter gravitatem & levitatem Gallicam.

9. *Quæ priſcæ Italiæ diviſio?*

Pars Italiæ ſuperior, ubi Pedemontium, Mediolanum, Parma &c. Gallia *Ciſalpina* ſive *Togata* vocabatur. Verſus Dominium Venetum erat Gallia *Transpadana*; *Cispadana* autem verſus agrum Florentinum. Omnis hic Italiæ ſuperioris tractus poſt Longobardorum irruptionem Longobardia dicta eſt. In media Italia erat 1. Hetruria ſive Tuſcia, Græcis Tyrrhenia, hodiernis Italis Toſcana. 2. Campania Romana, cujus caput Roma, majorem Latii antiqui partem continet, ubi olim Latini, Sabini, Rutuli, Volſci &c. 3. Ducatus Spoletanus, qui *Umbria*, & Marchia Anconitana, quæ Picenum nominabatur. In Italia inferiore erat 1. Samnium, ubi hodie

gentliche Sicilien hat 3 Vorgebirge; dahero es Trinacria genannt, auch in 3 Provinzen oder Thäler abgetheilet wird. Die vornehmsten Städte darinn sind Messana, allwo der Vicekönig seine Residenz hat, und Palermo. Beyde diese Städte haben auch ihren Erzbischof. Das Land hat an Wein, Getreid, Früchten u. s. f. solchen Ueberfluß, daß man es billig das Kornhaus, und Speiskammer Italiens nennen kann.

8. Was haben die Italiäner für Eigenschaften?

Sie sind spitzfindig, klug, witzig und fähig zu allen Sachen; werden jedoch auch für arglüstig, verschlagen, hinterhältig, ehr- rach- und geldgierig, gehalten. Sollen zwischen der spanischen Ernsthaftigkeit und französischen Leichtsinnigkeit gleichsam das Mittel treffen.

9. Wie stund es vor diesem in Italien?

Das obere Land, wo itzo Piemont, Meyland, Parma u. s. w. hieß Gallia Cisalpina oder Togata. Gegen Venedig war Gallia Transpadana; Cispadana aber gegen dem florentinischen Flecken. Ganz dieses Oberitalien ist nach dem Einfall der Lombarder die Lombardey benamset worden. In dem mittlern Theile Welschlands war 1 Hetruria oder Tuscia, von den Griechen Tyrrhenia, heut zu Tage Toscana oder das Großherzogthum Florenz genannt. 2. Campagna di Roma, allwo Rom die Hauptstadt liegt, begriff den größten Theil des alten Latium, woselbst vor Alters die Lateiner, Sabiner, Rutuler, Volscier u.s.w. sich befanden. 3. Das Herzogthum Spoleto ward Umbria, Marchia Anconitana aber Picenum benamset. Im untern Theile Italiens war 1. Samnium, allwo itzt Benevent, 2. Campania Felix, darinnen Neapel, Capua, Nola und andere Städte. 3. Græcia magna so Apulien und Calabrien enthielt, welches heut der untere Theil von dem

Beneventum. 2. Campania Felix, ubi Neapolis, Capua, Nola &c. 3. *Græcia magna*, Apuliam & Calabriam, quæ inferior regni Neapolitani pars eſt, complectebatur. In antiqua Calabria erat urbs Tarentum. Hodierna Calabria Siciliam verſus protenditur.

§. VIII.

GALLIA.

1. *Qui regni hujus limites?*

A Septentrionibus mari Britannico (nautæ *Canalem*, Gallia *la Manche* ſive *manicam* vocant) parteque Belgii; ab occaſu Oceano Atlantico; a Meridie montibus Pyrenæis, quibus ab Hiſpania ſejungitur, & mari Mediterraneo; ab ortu Sabaudia, Comitatu Burgundiæ, Lotharingia & parte Belgii terminatur.

2. *Qui celebriores Galliæ fluvii?*

Sequana, Ligeris, Garumna. & Rhodanus.

3. *Quæ cæli, ſolique affectio?*

Cæli temperies ſalubris; ſolum oppido fœcundum, præcipue in *Provincia* verſus mare Mediterraneum. Vina Campana & Burgundica paſſim commendantur.

4. *Quæ Galliæ diviſio?*

Duodecim complectitur Provincias, quarum tres, Inſula nempe Franciæ, Provincia Aurelianenſis & Lugdunenſis meditullium ferme obtinent. Tres ad Septentrionem recedunt, Britannia nimirum, Normannia & Picardia. Tres Orien-

dem Königreiche Neapel ist. In dem alten Calabrien war Tarentum. Das heutige Calabrien erstreckt sich gegen Sicilien.

Achter Absatz.

Von Frankreich.

1. Was hat dieses Reich für Gränzen?

Nordwärts hat es das britannische Meer (von den Schiffern der Canal, von den Franzosen La Manche, oder der Ermel genannt) sammt einem Theile des Niederlands; westwärts das antlantische; südwärts das pyrenäische Gebirg, wodurch es von Spanien abgesondert wird, und das mittelländische Meer; ostwärts Savoyen, dir Grafschaft Burgund, Lothringen und einen Theil von Niederland.

2. Welche sind die berühmtern Flüsse in Frankreich?

Die Seine, die Loire, die Garonne und die Rhone.

3. Wie ist die Luft und das Erdreich beschaffen?

Die Luft ist mild und gesund; das Erdreich sehr fruchtbar, sonderbar in Provance gegen dem mittelländischen Meere hinunter. Die champanischen und burgundischen Weine sind berühmt und in großem Werthe.

4. Wie wird Frankreich eingetheilt?

In zwölf Provinzen, derer drey fast in der Mitte liegen, nämlich Isle de France, Orleans und Lion; drey gegen Norden, nämlich klein Britannien, die Normandie und Picardie; drey gegen Osten, nämlich das Delphinat,

Bur-

tem ſpectant, nempe Delphinatus, Burgundia & Campania. Tres tandem, Provincia videlicet, Occitania & Aquitania Auſtrum verſus, mari Mediterraneo & Hiſpaniæ adjacent.

5. *Quæ Galliæ Metropolis?*

Lutetia ſive Pariſii ad Sequanam.

6. *Quis Gallorum genius?*

Sunt feſtivi, comes, affabiles, ad res gerendas non minus, quam excogitandas prompti & expediti, variis in artibus ac ſcientiis probe exercitati; ſui tamen, rerumque ſuarum immodici æſtimatores, leves, inſtabiles, novarum ſemper rerum atque elegantiarum, in veſtitu præſertim, architecti, quibus aliarum nationum oculos faſcinant, & loculos emungunt.

7. *Quæ ibidem Regiminis forma?*

Monarchica.

8. *Quæ Religio?*

Catholica, niſi quod hæreſis Janſeniana, Vaticanis licet fulminibus toties percuſſa, totoque orbe reliquo exulare juſſa, in Gallia aſylum magno identidem molimine quærit, inventura haud dubie, niſi Regis Chriſtianiſſimi, totque virorum, purpura, infulis, toga, ſagoque virtute item & doctrina conſpicuorum zelus & invicta conſtantia totis viribus obtineretur.

9. *Quæ Galliæ antiquæ diviſio?*

Generatim dividebatur in Galliam Cisalpinam & Transalpinam, Cisalpina complectebatur maximam Italiæ Borealis partem, ubi Inſubres agrum Mediolanenſem, Ligures Genuenſem,

Tau-

Burgund und Champagne; drey endlich gegen Süden als nämlich Provence, Languedoc und Guienne, so an das mittelländische Meer und an Spanien angränzen.

5. Welche ist die Hauptstadt?

Paris an der Seine.

6. Wie sind die Franzosen geartet?

Sie sind fröhlich, höflich, gesprächig, in Schlichtung sowohl als Erfindung der Sachen schnell und behend, in verschiedenen Künsten und Wissenschaften erfahren; doch allzugroße Hochsprecher und Hochschätzer ihrer selbst und ihrer Sachen. Erfinden immerdar neue Mode, und allerhand Eitelkeiten sonderbar im Kleiderpracht, wodurch sie der Ausländer Augen mit einem blauen Dunst erfüllen, und ihnen anbey den Seckel leeren.

7. Wie ist das Regiment beschaffen?

Monarchisch.

8. Wie die Religion?

Katholisch, außer daß die jansenistische Ketzerey, unerachtet selbe mehrmal von dem päpstlichen Stuhle verdammet, und aus der ganzen übrigen Welt verbannet worden, in Frankreich annoch einen Unterschlauf und Freystätte zu suchen aufs äußerste sich bemühet, welchen sie auch außer allen Zweifel finden würde, falls nicht der allerchristlichste König, auch so viel mit römischen Purpur und Insuln gezierte Prälaten sammt vielen andern, theils an Staats- und Kriegserfahrenheit, theils an Tugend und ausbündiger Gelehrsamkeit höchst ansehnlichen Männern sich mit gesammten Kräften eiferigst und standhaftigst darwider setzten.

9. Wie ward Frankreich vor Alters eingetheilt?

Es ward überhaupt in Galliam Cisalpinam und Transalpinam getheilt. Gallia Cisalpina war der größte Theil des obern Welschlands; darinnen die Insubrier im Meyländischen, die Ligurier im Genuesischen, die Tauriner in

Taurini Pedemontium &c. incoluere. Gallia Transalpina in Comatam & Braccatam; Comata, rurſus in Belgicam, Celticam & Aquitanicam diſpertiebatur. Gallia Belgica hodie pars eſt Belgii & Germaniæ. In hac Ubii circa Coloniam, Vangiones circa Wormatiam, Tribocci circa Argentinam &c. conſedere. Gallia Celtica agrum Lugdunenſem, Pariſienſem, Britanniam, Normanniam &c. Aquitania vero Vaſconiam, Occitaniam, Agrum Aurelianenſem &c. complectebatur. Gallia Braccata ſive Narbonenſis *Provinciam* proprie dictam & Delphinatum &c. complexa appellabatur Provincia Romanorum, quia hi inde initium fecere Galliæ ſub Imperium ſuum redigendæ.

§. IX.

Hiſpania & Luſitania.

HISPANIA.

1. *Qui Hiſpaniæ limites?*

A Septentrione Oceanum reſpicit Cantabricum; ab ortu æſtivo montes Pyrenæos; a meridie & ortu hyberno mare Mediterraneum; ab occaſu Luſitaniam & Oceanum Atlanticum.

2. *Qui præcipui Hiſpaniæ Fluvii?*

Iberus & Bætis, ſive *Guadalquivir.* Tagus item Durius & Anas, ſive *Guadiana*, qui tres etiam Luſitaniam rigant.

3. *Quæ*

Piemont sich befanden. Gallia Transalpina ward in Galliam Comatam und Braccatam; Comata wiederum in Belgicam, Celticam und Aquitanicam getheilet. Gallia Belgica ist heut ein Theil von Niederland, und Deutschland; darinn waren die Ubii um Cölln, die Vangiones um Worms, Tribocci um Straßburg u. s. w. Celtica enthielt das Land um Lion und Paris, Bretagne, die Normandie u. s. f. Aquitanica aber bestund aus Gasconien, Languedoc, Orleans u. s. w. Gallia Braccata oder Narbonensis, so die Provence und das Delphinat u. s. w. enthielt, ward Provincia Romanorum genannt, weil die Römer hieselbst Gallien zu bemeistern angefangen.

Neunter Absatz.

Spanien und Portugall.

Spanien.

1. Was hat es für Gränzen?

Gegen Norden das biscajische Meer; gegen Ostnordost das pyrenäische Gebirg; gegen Süden und Ostsüdost das mittelländische Meer; gegen Westen Portugall und das atlantische Weltmeer.

2. Welche sind die vornehmsten Flüsse in Spanien?

Der Fluß Ebro, Guadalquivir, Tajo, Duro und Guadiana, welche drey auch Portugall durchströmen.

3. *Quæ cœli, ſolique natura?*

Aer, in partibus præcipue Auſtralibus præfervidus interdiu, noctu frigidiuſculus, ac penetrantis cujusdam, ſtomachoque adverſantis acrimoniæ. Unde hic, perinde atque in Italiæ locis quibusdam, periculoſum eſſe perhibent, apertis feneſtris noctu ſomnum capere. Solum adadmodum fertile eſt, longe fertilius futurum, ſi diligentius excoleretur.

4. *Quæ Hiſpaniæ diviſio?*

Ex pluribus conſtat regnis ac provinciis. In ipſo fere meditullio regna ſunt Caſtellæ veteris ac novæ, cum regno Legionis; Gallæcia, Aſturia & Biſcaja, ſive Cantabria verſus oram Oceani Septentrionalem ab occaſu in ortum procurrunt. Montibus Pyrenæis adjacent Navarra, Aragonia & Catalonia; mari vero Mediterraneo regna Valentiæ, Murciæ, Granatæ & Andaluſiæ.

5. *Quæ Hiſpaniæ Metropolis?*

Madritum in Caſtella nova, ubi ſedes regia?

6. *Qui genti huic mores?*

Hiſpani profundo reconditoque ſunt ingenio, ſeveriorum magis diſciplinarum, quam artium liberalium cultores; circumſpecti, autoritatis, gravitatis, ſecretique apprime tenaces; quoque in deliberetionibus & conſultationibus tardiores, eo in rebus ſemel decretis ſunt conſtantiores. Ac licet a labore ruſticano & opificiis ut plurimum abhorreant, virtutis tamen bellicæ, præſertim Caroli V & Philippi II temporibus eximia prorſus dedere ſpecimina, laborum quorumvis patientiſſimi.

7.

3. Wie ist die Luft und Erde bestellet?

Die Luft ist, sonderbar in den südlichen Theilen, bey Tag sehr heiß, bey Nacht aber ziemlich frisch mit einer durchdringenden und dem Magen widerwärtigen Schärfe. Daher man hier so wohl als an etwelchen Orten Italiens gefährlich zu seyn erachtet, zu Nachts bey offenem Fenster schlafen. Die Erde ist fruchtbar; sie würde auch noch fruchtbarer seyn, falls man mehr Fleiß selbe recht anzubauen anwenden wollte.

4. Was hat Spanien für Theile?

Es besteht aus vielen Königreichen und Provinzen, woraus Alt- und Neucastilien sammt dem Königreiche Leon fast in der Mitte; Gallicien, Asturien und Biscaja gegen dem nördlichen Ufer des Oceans von Westen gegen Osten; Navarra, Aragonien und Catalonien am pyrenäischen Gebirge; Valentia, Murcia, Granada und Andalusien am mittelländischen Meere liegen.

5. Welche ist die Hauptstadt in Spanien?

Madrit in Neucastilien, woselbst die königliche Residenz.

6. Was für Eigenschaften haben die Spanier?

Sie haben einen tiefsinnigen Verstand, und lieben mehr die philosophische und theologische Wissenschaften als die freyen Künsten; ecken alles wohlbedächtlich aus, und geben auf ihr Ansehen und Ernsthaftigkeit acht; sind geheim und verschwiegen, und je langsamer sie in ihren Berathschlagungen sind, desto standhafter beharren sie auf ihrem einmal gefaßten Entschluß. Und ob sie schon auf die Feld- und Handarbeit sich insgemein nicht viel verlegen, haben sie doch sonderbar zu Zeiten Karls V und Philipps II sich keine Mühe und Arbeit zu schwer fallen, auch sehr scheinbare Proben ihrer Kriegsdapferkeit sehen lassen.

7. Wie

7. *Quæ Regiminis forma?*
Monarchica.

8. *Quæ Religio?*
Nonnisi Catholica, quam cum Rex re & nomine *Catholicus*, tum rerum hæreticarum quæsitores ita sartam adhuc tectamque conservarunt, ut nulli hæreticorum sedem illic stabilem capere in hanc usque diem licuerit.

9. *Quæ antiquæ Hispaniæ divisio & appellatio?*

Hæc Hesperia quoque ultima (quo nomine ab Italia, *Hesperia* simpliciter vocari solita, discernebatur) Iberia item & Celtiberia appellata, atque in Hispaniam citeriorem & ulteriorem divisa est. *Citerior*, sive Tarraconensis, dimidia erat Hispaniæ pars, quæ Romæ fuerat vicinior; *ulterior* vero Lusitaniam & Bæticam, ubi hodie Andalusiæ & Granatæ regna, complectebatur. Trans fretum Herculeum Mauritania erat Tingitana, Hispanicæ tunc ditionis. In Celtiberia eminebat urbs Numantia, post diutinam obsidionem a Scipione tandem deleta.

LUSITANIA
sive
PORTUGALIA.

1. *Qui Lusitaniæ fines?*
A Septentrione & Oriente Hispaniæ contermina est; ab Occasu & Meridie Oceano Atlantico alluitur.

2. Qui

7. Wie wird Spanien regirt?

Monarchisch.

8. Was ist daselbst für eine Religion?

Die katholische allein, welche sowohl der dem Namen und That nach katholische König, als die zur Untersuchung ketzerischer Irrthümer verordnete geistliche Richter also rein und unversehrt haben erhalten, daß bis auf heutigen Tag nicht ein einziger Ketzer haussäßig sich hat dürfen niederlassen.

9. Was hatte Spanien vor diesem für Theile, und Namen?

Es ward Hesperia ultima, oder das äußerste Welschland (zum Unterschied Italiens, so schlechthin Hesperia pflegte genannt zu werden) auch Iberia und Celtiberia benamset und in Hispaniam citeriorem oder in das dißseitige, und in ulteriorem oder in das jenseitige Spanien abgetheilet. Hispania citerior, oder Tarraconensis war der halbe Theil von Spanien, so näher gegen Rom lag; Hispania ulterior oder der entlegnere Theil begriff Lusitaniam und Bæticam, woselbst dermalen die Königreiche Andalusien und Granada sind. Ueber die Meerenge von Gibraltar hinüber war Mauritania Tingitana, so damals zu Spanien gehörte. In Celtiberia war die berühmte Stadt Numantia, welche Scipio nach einer sehr langwierigen Belagerung geschleifet hat.

Portugall.

1. Was hat es für Gränzen?

Gegen Norden und Osten Spanien; gegen Westen und Süden das große atlantische Weltmeer.

2. *Qui fluvii?*

Præcipuus eſt Tagus, ad cujus oſtium urbs eſt Ulyſſipo, Luſitaniæ metropolis ſedesque regia.

3. *Quæ terræ indoles?*

Solis calorem venti, a mari identidem ſpirantes, mitigant; hinc cæli temperie ac fertilitate Hiſpaniam ſuperat Luſitania, vino, oleo, arborum fructibus, paſcuis, ſale &c. dives.

4. *Quæ regni diviſio?*

Complectitur Luſitaniam ſive Portugalliam proprie dictam & Algarbiam.

5. *Qui Luſitanorum mores?*

Sunt frugales & ad rem ſuam attenti; liberales nihilominus erga egenos, Deoque dicatos homines, in templis exornandis pie prodigi; religione in Deum Deique matrem nulli ſecundi, ſcientiis item, mercimoniis & armis clari.

6. *Quæ ibidem Religio floret?*

Sola Catholica, perinde atque in Hiſpania.

7. *Quæ Regiminis forma?*

Monarchica.

8. *Quo nomine priſci Romani regionem hanc appellabant?*

Provinciam Luſitanicam, quæ pars erat Hiſpaniæ ulterioris.

2. Was für Flüsse?

Der vornehmste ist der Tajo, an dessen Einfluß ins Meer die Haupt- und königliche Residensstadt Lisabon liegt.

3. Wie ist das Erdreich beschaffen?

Die fast immerdar vom Meer herwehende Winde pflegen die große Sonnenhitz zu mäßigen; daher Portudall so wohl an Gesunde der Luft, als Fruchtbarkeit der Erde die spanischen Länder übertrift, und ist mit Weine, Oel, Obst, Viehweide, Salz und andern Producten wohl versehen.

4. Was hat es für Theile?

Portugall an sich, und Algarbien.

5. Wie sind die Portugiesen geartet?

Sie sind mäßig, häuslich; doch zugleich freygebig gegen den Armen, Geistlichen und Gott geweihten Personen; sie lassen sich keine Kösten gereuen in Auszierung der Kirchen und Gotteshäuser; tragen sehr große Andacht gegen GOtt und der Mutter GOttes; haben sich auch in den Wissenschaften, Handels- und Kriegswesen einen großen Namen erworben.

6. Was ist daselbst für eine Religion?

Die katholische allein, wie in Spanien.

7. Was ist für eine Regierungsform?

Die monarchische.

8. Wie ward dieses Land von den alten Römern benamset?

Die lusitanische Provinz, welche ein Theil war des jenseitigen Spanien.

CAPUT IX.

Novem minores Europæ partes.

§. I.

De quatuor minoribus partibus, ſeu regionibus Galliam inter & Imperium Germanicum interjectis, Belgio nempe, Lotharingia, Helvetia & Sabaudia.

BELGIUM.

1. *Quis Regionis hujus Status?*

Hæc & urbium magnificentia, & frequentia pagorum, & negotiandi opportunitate, pluribusque aliis prærogativis, totius Europæ regio florentiſſima merito cenſebatur. eo præſertim tempore, quo uni parebat Domino univerſa. At poſt plurium Provinciarum ab religione orthodoxa, Regeque Catholico defectionem; accedentibus inſuper Gallorum irruptionibus & continuis prope belli calamitatibus de priſtino illo ſplendore haud parum deperdidiſſe viſa eſt.

2. *Quæ Belgii hodierni partitio?*

Dividitur in Belgium Auſtriacum, Gallicum & Fœderatum, ſive in Belgium Catholicum & Acatholicum.

3. *Quæ Belgii Catholici Provinciæ?*

Ex his Domus Auſtriaca poſſidet partem potiſſimam quatuor Ducatuum Brabantiæ, Limburgi, Geldriæ ſuperioris & Luxemburgi, ac Flandriæ Comitatus; partem item Comitatus Han-

Neuntes Kapitel.
Von den neun kleinern Theilen Europens.

Erster Absatz.
Von den vier kleinern Theilen oder Landschaften, so zwischen Frankreich und dem deutschen Reiche liegen, nämlich von den Niederlanden, Lothringen, Schweiz und Savoyen.

Die Niederlande.

1. Wie ist dieses Land beschaffen?

Es ist so wohl wegen Zierde und Herrlichkeit der Städte, auch Menge der Dörfer und Flecken, als Bequemlichkeit zur Handel- und Kaufmannschaft nebst vielen andern Vortheilen für das glückseligste in ganz Europa billig gehalten worden, sonderbar zu jenen Zeiten, da es annoch ganz unzertrennt unter einem Haupte stund. Allein nachdem einige Provinzen von dem wahren Glauben und ihrem rechtmäßigen katholischen Könige abgefallen, auch das Land durch die feindlichen Einfälle der Franzosen und fast immerwährende Kriegsempörungen sehr viel erlitten, hat selbes von seinem vorigen Glücksstande nicht wenig verlohren.

2. Wie werden die Niederlande heut zu Tage eingetheilet?

In die österreichische, französische, und vereinigte, oder in die katholische und unkatholische Niederlande.

3. Welche sind die katholischen Niederlande?

Aus diesen besitzt das Haus Oesterreich den meisten Theil von den vier Herzogthümern **Brabant**, **Limburg**, **Obergeldern**, **Luxemburg**, und der Grafschaft **Flandern**; einen Theil

Hannoniæ; Comitatum Namurcenſem, Marchionatum Antwerpienſem,& Dominium Mechlinienſe. Gallicæ vero ditionis ſunt Arteſiæ Comitatus cum parte Brabantiæ, Flandriæ,Hannoniæ & Luxemburgi.

4. *Quæ fœderati ſeu Acatholici Belgii Provinciæ?*

Hæ ſeptem, quæ vulgo *Hollandia* appellari ſolent, nempe duo Comitatus, Hollandiæ & Zeelandiæ; quatuor Dominia, Friſienſe, Groningenſe, Tranſiſalanum & Ultrajectenſe, cum Geldria inferiore, quo Zutphaniæ quoque Comitatus pertinet.

5. *Qui Belgarum mores?*

Gallo-Belgæ Gallis uti lingua habituque, ita & moribus propius accedunt. Flandro-Belgæ vero, a Flandria, nobiliſſima Belgii Provincia appellati, Germanis magis ſunt moribus, utpote ſinceri, candidi, perhumani, gnavi, induſtrii, frugales, labori a teneris aſſueti, ingenioſi ad omnes ſcientias & artes idonei non minus quam expediti. Præcipuam tamen operam dant faciendæ mercaturæ, cum ob maris viciniam, tum ob majorum fluminum alveorumque factitiorum frequentiam.

6. *Quæ Belgii urbes præcipuæ?*

In Brabantia Bruxellæ, Lovanium, Antverpia, Mechlinia &c. in Flandria Gandavum, Bruga, Oſtenda, Ipræ, Novoportus, Tornacum, Menena &c. In Hannonia Montes, Athum &c. Limburgum item, Luxemburgum, Chiniacum, Namurcum, Caroloregium, Ruremunda &c. quæ plu-

Theil von der Grafschaft Hennegau; die Grafschaft Namur, die Markgrafschaft Antwerpen, und die Herrschaft Mecheln. Zu Frankreich gehört die Grafschaft Artois, ein Theil von Brabant, von Geldern, von Hennegau, und Luxemburg.

4. Welche sind die Provinzen der Vereinigten, oder unkatholischen Niederlande?

Folgende sieben, welche man auch insgemein Holland zu nennen pflegt, nämlich zwo Grafschaften, Holland und Seeland, vier Herrschaften, Frießland, Gröningen, Oberissel, und Utrecht, sammt Niedergeldern, wohin auch die Grafschaft Zütphen gehört.

5. Wie sind die Niederländer beschaffen?

Die französischen Niederländer gleichwie sie an der Sprache und am Aufzuge, also kommen sie auch, was die Sitten betrifft, den Franzosen zimlich nahe. Die flandrischen Niederländer, von der weltberühmten Provinz Flandern also benamset, gleichen mehr den Deutschen; denn sie sind treuherzig, aufrichtig, höflich, emsig, häuslich, mäßig, von Jugend auf zur Arbeit angewöhnt, sinnreich und zu allen Wissenschaften und Künsten tauglich und geschickt. Doch verlegen sie sich sonders auf die Handel- und Kaufmannschaft, theils wegen der Nähe des Meers, theils wegen der Gelegenheit und Menge so vieler schiffreichen Flüsse, und vortheilhaftesten Canäle.

6. Welche sind die vornehmsten Städte iu den Niederlanden?

In Brabant Brüssel, Löwen, Antwerpen, Mecheln u. a. m. in Flandern Gent, Brügge, Ostende, Ypern, Neuport, Dornick, Menin u. s. w. in Hennegau Bergen, oder Mons, Ath oder Aeth u. s. w. Ueber das Limburg, Luxemburg, Chiny, Namur, Char-

pluresque aliæ urbes omnino insignes Austriacæ Domui sunt subjectæ. Galli vero Atrebatum, Cameracum, Duacum, Gravelinam, Insulas &c. Batavi vero Amstelodamum, Roterodamum &c. occuparunt.

LOTHARINGIA.

Quæ, qualisque hæc Regio?

Regni Austrasiæ pars olim erat. Hodie in geminos Ducatus, Lotharingiæ nempe pressius sumtæ, & Ducatum Barensem dividitur, estque magnorum Heroum patria. Et quamvis montosa sit ac saltuosa; frumento tamen, vino & pecoribus &c. abundat. Urbs princeps est Nancejum, Ducis sedes. Incolæ gallice ut plurimum loquuntur. Ad Lotharingiam quoque pertinebant tres nobilissimi Episcopatus Metensis, Tullensis, & Virodunensis, quos Galliæ Rex Henricus II anno 1552 ab Imperio Germanico avulsit, Jurisdictione tamen Ecclesiastica penes Archiepiscopum & Electorem Trevirensem in hanc usque diem remanente.

HELVETIA.

1. *Quæ Regionis hujus natura & Constitutio?*

Tota fere montibus veluti nativis propugnaculis obvallatur, ac in tredecim territoria, seu *Cantones* distinguitur, e quibus Lucerna, Uria, Suitia, Subsylvania sive Underwaldia, Tugium, Friburgum, Solodorum cum parte Glaronæ, &

Ab-

lesroi, Ruremond u. s. w. welche alle sammt vielen andern namhaften Städten dem Hausösterreich gehören. Die Franzosen haben Arras oder Atrecht, Cammerich, Douay, Grevelingen, Rüssel u. a. m. Die Holländer aber, haben Amsterdam, Rotterdam u. s. w. in Besitz genommen.

Lothringen.

Was hat es für eine Beschaffenheit mit diesei Landschaft?

Sie war vor Alters ein Theil des Königreichs Austrasien, dermalen aber wird es in zwey Herzogthümer, nämlich in das Lothringen an sich und in das Herzogthum Bar abgetheilet. Ist ein Vaterland großer Helden. Und ob es schon darinn viele Berge und Wälder giebt; bringt es doch Getreid so wohl als Wein, und hat gute Viehzucht. Die Haupt- und herzogliche Residenzstadt ist Nancy. Die Einwohner reden meisten französisch. Zu Lothringen gehörten auch ehedessen drey sehr ansehnliche Bischthümer Metz, Tull, und Verdun, welche Heinrich II König in Frankreich im Jahre 1552 dem deutschen Reiche entzogen; doch also, daß der Erzbischof und Churfürst von Trier die geistliche Gerichtbarkeit bis auf heutigen Tag annoch behält und behauptet.

Die Schweiz.

1. Wie ist dieses Land bestellt?

Es ist fast allenthalben mit Bergen, als von der Natur selbst ausgeführten Bollwerken, umgeben und verschanzet. Es bestehet aus dreyzehn Cantonen, aus welchen Lucern, Uri, Schweiz, Unterwalden, Zug, Freyburg, Solothurn, und zum Theile Glaris und Appenzell sammt dem ganzen Wallis und mehr andern Städten und Bundsgenossen

Abbatiscellæ, cum Vallesia item universa, pluribusque aliis urbibus ac locis fœderatis in avita semper religione perstitere immobiles: Tigurum contra, Berna, Basilea, & Scaphusia cum parte Glaronensium & Abbatiscellanorum &c. Zwinglium, infamem illum fidei orthodoxæ desertorem ac transfugam, secutæ, prisca progenitorum suorum religione abjurata, novitiæ sectæ adhæsere.

2. *Quæ terræ & incolarum indoles?*

Terra lætis undique pascuis viret; unde incolæ ex pecuaria permagnum capiunt quæstum. Quantus porro Helveticorum orthodoxorum in fide Catholica, Christique Vicario defendendo jam olim fervor fuerit & constantia, inde patet, quod Julius II anno 1512 Helveticos *Pontificiæ dignitatis Propugnatores & Defensores*; ac Leo X. anno 1515 *Ecclesiæ Defensores* appellare non dubitaverit. Helveticorum quoque fidelitas, sinceritas, temperantia, industriosa sedulitas, ac virtus præsertim bellica passim celebratur ab Historicis. Regimen alicubi Aristocraticum, alibi Democraticum est.

SABAUDIA.

Quid de hac generatim dicendum?

Sabaudiæ Ducatui ab Austro Pedemontium, a Septentrione lacus Lemanus, ab occasu Gallia, ab ortu Valesia est contermina. Aura ob crebros montes, perpetua rigentes glacie, frigidior est; regio tamen populosa, nec infœcunda. Incolæ ad-

sen in der uralten katholischen Religion jederzeit beständig verblieben. Zürch aber, Bern, Basel und Schaffhausen sammt einem Theile von Glaris und Appenzell u.s.w. haben den Zwingel jenen ehrlosen, vom wahren Glauben abtrünnigen Mammelucken zu ihrem Führer erkiesen, die uralte Religon ihrer Voraltern verläugnet und abgeschworen, und sich zu einer ganz neuen Secte und Irrlehre bekennet.

2. Wie ist das Erdreich sammt den Einwohnern beschaffen?

Es sind daselbst die allerschönsten Weidungen; daher die Einwohner aus der trefflichen Viehzucht sehr großen Nutzen schaffen. Was großen Eifer und Standhaftigkeit aber die rechtgläubigen Schweizer von Alters her in Handhabung der wahren katholischen Religion, in Beschützung und Vertheidigung des Statthalters Christi erzeiget haben, erhellet sattsam aus dem, daß Julius II im Jahre 1512 die Schweizer Beschirmer und Verfechter der päpstlichen Würde, und Papst Leo X im Jahre 1515 Beschützer der Kirche GOttes genannt und öffentlich angerühmt. So wird auch der Schweizer Treue, Aufrichtig- Mäßig- und Arbeitsamkeit, vorzüglich aber ihre Starkmuth und Herzhaftigkeit im Kriege von den Geschichtschreibern vielfältig hervorgestrichen. Das Regiment ist in etwelchen Cantonen aristokratisch, in andern demokratisch.

Savoyen.

Was ist hiervon überhaupt zu merken?

Das Herzogthum Savoyen gränzet südwärts an Piemont, nordwärts an den Genfersee, gegen Westen an Frankreich, gegen Osten an Wallis. Die Luft ist wegen vielen Bergen, so stets mit Eis bedeckt sind, kalt; doch ist das Land volkreich, und zimlich fruchtbar. Die Einwoh-

admodum induſtrii ſunt & laborioſi. Monticolæ relicto paſſim ſolo patrio, Æginæis mercibus diſtrahendis regionatim lucellum quærunt. Huc referri meretur Pedemontium, cujus urbs primaria, quæ & Regis Sardiniæ ſedes, Taurinum.

§. II.

Quinque reliquæ Europæ partes, Poloniam inter & Turciam Europæam; Hungaria nempe, Tranſylvania, Valachia Moldavia & Tartaria minor.

HUNGARIÆ REGNUM.

1. *Quis Hungariæ ſitus atque diviſio?*

Ad Septentrionem montibus Carpathiis a Polonia, Sileſia & Moravia ſejungitur; ad ortum Tranſylvaniæ & Valachiæ; ad Auſtrum Sclavoniæ & Serviæ; ad occaſum Auſtriæ & Styriæ contermina eſt; dividiturque in ſuperiorem ſive Transdanubianam, Septentrionem verſus; & in inferiorem ſive Ciſdanubianam, Meridiem verſus. Buda Regni totius caput, regiaque olim ſedes erat. Superioris Hungariæ metropolis eſt Poſonium. Regnum porro iſtud, quod fortiſſimum Chriſtianæ Reipublicæ contra Turcas propugnaculum ſemper fuerat, Domus Auſtriaca jure hæreditario poſſidet, utpote quod non ſolum in dotem pridem accepit; ſed ſuis inſuper armis iterum iterumque a præſenti exitio interituque vindicavit.

ner sind gar emsig und arbeitsam. Die auf dem Gebirge wohnen, verlassen vielfältig ihr Vaterland, und ziehen in der Fremde mit allerley Waaren herum. Daher gehört auch Piemont, worin Turin die Haupt- und Residenzstadt des Königs in Sardinien.

Zweyter Absatz.

Die übrigen fünf Theile Europens zwischen Polen und der europäischen Türkey: nämlich Ungarn, Siebenbürgen, die Wallachey, Moldau, und kleine Tartarey.

Das Königreich Ungarn.

1. Wo liegt Ungarn, und wie wird es eingetheilt?

Nordwärts wird selbes durch das carpathische Gebirg von Pohlen, Schlesien und Mähren abgesondert; gegen Osten gränzet es an Siebenbürgen und die Wallachey; gegen Süden an Sclavonien und Servien; gegen Westen an Oesterreich und Steyermark. Man theilt es ab in Oberungarn oder in das jenseit der Donau gegen Norden, und Niederungarn oder dißseit der Donau gegen Süden gelegene Ungarn. Ofen war vor Zeiten die Hauptstadt in ganz Ungarn, und die königliche Residenz; Preßburg aber ist die Hauptstadt in Oberungarn. Dieses Königreich, so eine überaus feste Vormauer der Christenheit wider die Türken jederzeit gewesen, besitzt das Erzhaus Oesterreich erblich, als welches vorlängst selbes nicht nur allein für ein Heyrathgut überkommen, sondern auch durch die Macht seiner Waffen zum öftern von dem augenscheinlichen Untergange errettet.

2. *Quod ſoli, incolarumque ingenium?*

Terra, licet rerum omnium copia ad delicias usque abundet; longe tamen uberiores ferret fruges, ſi diligentius excoleretur. Præ ceteris commendantur boves, vinum & aurum Hungaricum. Incolæ magnis ſunt animis, audaces, intrepidi, ad bella gerenda prompti, libertatis amantes &c.

3. *Quæ Religio?*

Jam inde a S. Stephani Regis pariter & Apoſtoli Hungeriæ temporibus Religio Catholica ſemper floruit, donec Lutheri & Calvini &c. ſectatores non ſolum noxia errorum ſuorum zizania hic quoque ſpargere, ſed ipſos adeo Turcas, capitales Chriſtiani nominis hoſtes in patriæ, religionisque orthodoxæ excidium evocare ſunt auſi. At poſtquam Regnum hoc univerſum jugo Turcico jam penitus eſt exemptum, ſpes pariter affulget, fore, ut Religio avita in antiquiſſimam ſuam poſſeſſionem poſtliminio reſtituatur.

TRANSYLVANIA.

Quid de Principatu hoc ſtrictim commemorandum?

Hungariæ jam olim adjuncta erat Tranſylvania, dein propriis paruit Principibus. Nunc a multis annis Domui ſubeſt Auſtriacæ. Terra, utut montibus, ſylvisque impedita, frugum tamen feraciſſima eſt. Hæc cum vicina Valachia olim *Dacia* vocabatur. Incolæ in tres potiſſimum claſſes diſtribuuntur, in Germanos nempe, ori-

2. Was hat es mit der Erde und mit den Einwohnern für eine Bewandniß?

Den Boden betreffend, ob er schon alles, was nicht nur zur Nothdurft, sondern auch zur Ergeтzung dienet, im Ueberflusse hervorbringt, würde er doch weit fruchtbarer seyn, wofern man selben fleißiger anbauete. Die ungarische Ochsen, Weine und das ungarische Gold sind sehr berühmt. Die Einwohner haben hohe Geister, sind keck, beherzt, und zum Kriege gefaßt, achten ihre Freyheit sehr hoch u. s. w.

3. Wie stehet es mit der Religion?

Schon von den Zeiten des H. Stephanus Königs und zugleich Apostels der Ungarn war die katholische Religion in stets währender Uebung, bis die Lutheraner und Calvinisten und andere Sectirer nicht nur das höchstschädliche Unkraut ihrer Afterlehre auch allda auszusäen, sondern sogar die Türken selbst, als Hauptfeinde des christlichen Namen zum Verderben und Untergange des Vaterlands und der wahren Religion herbey zu rufen sich erkühnet. Nachdem aber nunmehr dieses ganze Königreich von dem türkischen Joche völlig befreyet, so ist auch gute Hoffnung vorhanden, das gleichfalls die alte Religion ihr uraltes Besitzrecht wiederum behaupten werde.

Siebenbürgen.

Was ist von diesem Fürstenthum kürzlich zu melden?

Es gehörte vor diesem zu Ungarn; hatte hernach seine eigene Fürsten. Dermalen stehet es von vielen Jahren her unter dem Erzhause Oesterreich. Das Land, ob es schon voller Berge und Wälder, ist jedoch sehr fruchtbar, und ward sammt der angränzenden Wallachey und Moldau vor Alters Dacien genannt. Es giebt darinnen dreyerley Hauptnationen, die Deutschen, die ursprünglich Sachsen sind, die Un-

origine Saxones, Hungaros & Siculos ſive *Siculicales*. Quos inter plures aliæ nationes, ſectæque diverſæ degunt.

VALACHIA & MOLDAVIA.

Quid de geminis hisce Principatibus curſim dicendum?

Utraque hæc regio ſuos habet Principes (Hoſpodaros vocant) Sultano vectigales. Terra, montoſa licet ac ſylveſtris, frumento tamen, vino, equis generoſis, armentis & pecore abundat. Incolarum plerique Græcorum ſchiſmaticorum erroribus impliciti, aut pecuariam faciunt, aut agriculturæ dant operam, cetera bellicoſi, rerum novandarum cupidi, dubiæ ſubleſtæque fidei.

TARTARIA MINOR.

1. *Quæ hæc regio?*

Olim Cherſoneſus Taurica, hodie Tartaria Crimea & Precopenſis dicitur, quam Scythæ primum, dein Tartari, ex Aſia profecti, tenuere. Principem ſeu *Chanum* ſuum, qui ex *Kirai* ſemper familia eſt, ipſi quidem eligunt; ſed rata omnino habenda a Sultano electio. Ea porro lege Turcis ſunt ſubjecti, ut Sultanum ipſum ad bella proficiſcentem cum centies mille, Vezirium vero cum quinquagies mille equitibus comitari cogantur non alio numerato ſtipendio, niſi quod ex præda ſibi vindicant.

Ungarn, und die Zickler. Worunter viele andere Nationen und verschiedene Secten sich aufhalten.

Die Wallachey und Moldau.

Was ist von diesen zweyen Fürstenthümern nur obenhin zu merken?

Beyde diese Länder haben ihre eigene Fürsten oder so genannte Hospodarn, welche dem Türken zinsbar sind. Das Land, ob es schon bergicht und waldicht, ist doch fruchtbar am Getreide und Weine; hat auch gute Pferd- und Viehzucht. Die meisten aus den Einwohnern sind mit den Irrthümern der abtrünnigen Griechen behaftet, und verlegen sich sonderbar auf die Viehzucht und auf den Feldbau; sind kriegerisch, zu Neuerungen geneigt, und ist ihnen nicht viel zu trauen.

Die kleine Tartarey.

1. Was hat es mit diesem Lande für eine Beschaffenheit?

Es ward vor diesem die taurische Halbinsel, itzt aber die crimische oder precopensische Tartarey genannt, so anfangs von den Scythiern, nachgehends von den aus Asien kommenden Tartarn besetzt worden. Ihren Landsfürsten, oder so genannten Chan, welcher jederzeit aus dem Geschlechte Kirai seyn muß erwählen sie zwar; doch muß solche Wahl von dem Großsultan bestättiget werden. Den Türken sind sie mit diesem Bedinge unterworfen, daß wann der Großsultan selbst zu Feld zieht, sie selben mit hundert tausend, den Großvezier aber mit fünfzig tausend Reitern begleiten müssen, ohne Bezahlung eines andern Soldes, als was sie selbst erbenten.

2. *Quis Tartarorum genius* ?

Domos plerique non incolunt; ſed parva conſtruunt tuguria, in acumen faſtigiata, quæ carris impoſita cum uxoribus, liberis & pecoribus ſecum, quo lubet, circumferunt, & obviis quibusque abſumptis, alio commigrant, gens hominum barbara, bellicoſa & rapto vivere aſſueta.

CAPUT X.

Mappa Geographica Aſiæ?

1. *Quis Aſiæ ſitus* ?

Nobis Europæis ad Orientem, partemque potiſſimam ſub zona temperata Boreali ſita eſt, atque a Septentrione, Oriente & Meridie vaſtiſſimo cingitur Oceano; Occaſum verſus mari rubro ab Africa, mari vero Mediterraneo & Ponto Euxino &c. ab Europa ſecernitur.

2. *Quæ cæli affectio* ?

Aura ad Septentriones perfrigida, in medio temperata, Auſtrum verſus præfervida eſt.

3. *Quæ terræ indoles* ?

Septentrionem verſus, ubi Tartaria major ſita, terra vaſta & horrida, magnamque partem nobis incognita eſt. Regiones vero mediterraneæ uti Perſia, India, China &c. ſerico, aromatis, fructibus, gemmis, margaritis, auro argentoque abundant.

4. *Quis Aſiaticorum genius* ?

Varius pro vario regionum ſitu. Nam Zonæ torridæ accolæ Africanis ſimiliores ſunt, hoc eſt, inconſtantes, vehementes, vafri & aſtuti &c. langui-

2. Wie sind die Tartarn geartet?

Die meisten aus ihnen wohnen nicht in Häusern, sondern in kleinen, oben zugespitzten Hütten, welche sie auf Karren setzen, und sammt ihren Weibern, Kindern und Viehe mit sich, wohin es ihnen gefällig, herumführen. Wenn an einem Orte alles sauber ist aufgezehret, ziehen sie in ein anderes. Es ist ein barbarisches und kriegerisches Volk, so nur vom Raube zu leben pflegt.

Das zehnde Kapitel.

Von der asiatischen Charte.

1. Wie liegt Asien?

Uns Europäern liegt es gegen Aufgang der Sonne, und meistentheils nordwärts in der gemäßigten Zone. Wird nord-ost- und südwärts von dem großen Weltmeere umgeben; gegen Westen aben durch das rothe Meer von Africa, durch das mittelländische und schwarze Meer u.s.w. von Europa abgesondert.

2. Was für Luft hat dieser Welttheil?

Oben gegen Norden ist sie sehr kalt, in der Mitte gemäßigt, unten gegen Süden überaus warm.

3. Wie ist das Erdreich bestellet?

Nordwärts, woselbst die große Tartarey liegt, ist das Land wild, und noch großen Theils unbekannt; in der Mitte aber, als nämlich in Persien, Indien und China findet man häufige Seiden, Gewürz, Specereyen, Perlen, Edelgesteine, Silber und Gold.

4. Wie sind die asiatischen Völker beschaffen?

Unterschiedlich nach Unterschied der Landschaften. Die unter, oder nahe bey der heißen Zone wohnen, gleichen mehr den Africanern; denn sie sind wankelmüthig, gäh, unbesonnen, verschlagen, heimtückisch u. s. w. Die gegen Norden aber

guidiores contra ac hebetiores, qui ad Boream recedunt. Quibus vero mitius clima obtigit, hi mitiore pariter ſunt indole; molles tamen ut plurimum, delicati & voluptatibus dediti, præſertim poſtquam orthodoxa religio, optima, ut alias monuimus. morum magiſtra, inde exulare cœpit.

5. *Quæ igitur ibidem religio?*

Superſtitio Mahometana inſtar luis epidemicæ totam ferme Aſiam infecit. Sunt tamen ibi & Ethnici & Judæi, & Chriſtiani non pauci. Qui poſtremi in varias iterum ſectas abiere.

6. *Quæ Aſiæ præ reliquis mundi partibus prærogativæ?*

1. Hic prima generis humani incunabula, noſtrorumque progenitorum & Patriarcharum patria, ex qua deductæ in omnem terrarum orbem coloniæ. 2. Hic tres illæ Monarchiæ longe potentiſſimæ, Aſſyriorum, Perſarum & Græcorum floruere. 3. Hic artes pleræque omnes ſcientiæque inventæ. 4. Hic Theatrum erat, ubi ludens in orbe terrarum DEI Sapientia tot tamque admiranda mundo dedit ſpectacula. 5. Hic terra illa divinitus promiſſa, lacte & melle fluens ubi ipſe Dei filius natus & educatus annosque amplius triginta cum hominibus verſatus eſt. 6. Inde orta Deipara, cæli terræque Regina, Prophetæ ſanctiſſimi, Chriſti Apoſtoli, primi illi legis Evangelicæ ac fidei orthodoxæ præcones & Doctores. 7. Hic Eccleſiæ novalis Chriſtique vinea, divinis manibus plantata, Dei hominis ſudo-

sind träge, langsame, dumme und plumpe Leute. Die in der Mitte, und folgsam unter einem milderen Klima wohnen, sind etwas geselligers; doch meistentheils weichlich, zärtlich und den Wohllüsten ergeben, bevorab nachdem die katholische Religion, als welche, wie schon zum öftern Meldung geschehen, die allerbeßte Sittenlehrerinn ist, von dannen hat ins Elend wandern müssen.

5. Was ist denn allda für eine Religion?

Die mahometanische Secte hat gleich einer allgemeinen Pest fast ganz Asien angesteckt. Jedoch befinden sich noch alldort nicht wenige Heiden, Juden und Christen, welche letztere abermal in verschiedene Secten sich theilen.

6. In was für Stücken hat Asien den Vorzug vor andern Welttheilen?

1. Hier ist der Geburtsort des menschlichen Geschlechts auch unserer Großältern und Patriarchen Vaterland, woraus die ganze übrige Welt bevölkert worden. 2. Hier sind die drey mächtigsten Monarchien, nämlich die assyrische, persische und griechische gestanden. 3. Hier sind fast alle Künsten und Wissenschaften erfunden worden. 4. Hier war jener Schauplatz, woselbst die auf diesem Erdboden spielende göttliche Weisheit so viele und wundervolle Schauspiele der Welt vor Augen gestellt. 5. Hier ist jenes von GOtt verheißene, von Milch und Honig fließende Land, woselbst der ewige Sohn GOttes gebohren, und auferzogen, über dreyßig Jahre lang unter den Menschen gelebt und gewohnt. 6. Von dannen ist entsprossen die Mutter GOttes, die Königinn Himmels und der Erde, die heiligen Propheten, die Apostel Christi als erste Verkündiger des evangelischen Gesetzes, und Lehrer des wahren katholischen Glaubens. 7. Hier hat der erste Acker der Kirche. und Weinberg Christi von göttlicher Hand gepflanzt, durch den Schweiß und Blut

ſudore ac ſanguine Martyrumque cruore irrigata, lætiſſime floruit, primitiasque tulit cælo acceptiſſimas, propagines inde ſuas ac germina emiſſura per orbem univerſum.

7. *Quæ Aſiæ diviſio?*

Olim in Aſiam majorem & minorem; hodie rectius diviſeris in Imperium Turcicum, Perſicum, Mogolicum, Tartaricum & Sinicum, atque Inſulas Aſiaticas.

8. *Qui potentiſſimi Aſiæ Monarchæ?*

Turcarum Imperator, Rex Perſarum, Magnus Mogol, & Imperator Sinenſis, cui magna quoque Tartariæ majoris pars ſubjecta eſt.

§. I.

Turcia Aſiatica.

Quasnam complectitur Provincias?

Sex: Anatoliam, Syriam, Arabiam, Georgiam, Armeniam & Diarbechiam. Tres priores cis, poſteriores trans Euphratem ſitæ ſunt.

I. ANATOLIA.

1. *Quod regioni huic nomen? qui ſitus?*

Hæc, quod Europæis ad Orientem poſita ſit, a Græcis Anatolia ab ἀνατολή *Oriens*, ab Italis *Levante*, ab antiquis Romanis Aſia minor dicta, Peninſulæ inſtar a Septentrione Ponto Euxino, Euphrate ab Oriente, a Meridie mari Mediterra-

neo,

des Sohns GOttes, wie auch der H. Martyrer befeuchtet, aufs schönste geblühet, und die GOtt gefälligen Erstlinge häufig hervorgebracht, und hieraus seinen Saamen, Zweige und Sprossen in die ganze Welt ausgebreitet.

7. Wie wird Asien eingetheilt?

Vor Zeiten theilte man es in das große und kleinere Asien, dermalen aber kann es viel bequemer in das türkische, persische, mogolische, tartarische, sinesische Reich und in die asiatische Inseln abgetheilt werden.

8. Welche sind die mächtigsten Monarchen in Asien?

Der türkische Kaiser, der König in Persien, der Großmogol, und sinesische Kaiser, dem auch ein namhafter Theil von der großen Tartarey zugehörig.

Erster Absatz.

Die asiatische Türkey.

Was enthält selbe für Landschaften?

Sechs: Natolien, Syrien, Arabien, Georgien, Turcomanien, und Diarbeck. Die erste drey liegen dißseit, die letztere jenseit des Euphrat.

I. Natolien.

1. Wie heißt, und wo liegt dieses Land?

Die ganze Landschaft, weil es uns Europäern gegen Osten liegt, wird von den Griechen Anatolien oder Natolien das Morgenland, von den Italiänern Levante, von den alten Römern das kleinere Asien genannt. Es gleichet einer Halbinsel und gränzet gegen Norden an das schwarze Meer, gegen Osten an den Fluß Euphrat, gegen Süden

an

neo, ſive Lycio & Pamphilio; ab Occidente Archipelago, Helleſponto, Propontide & Boſphoro Thracio terminatur.

2. *Quæ terræ indoles?*

Regio hæc & cæli clementia, & ſoli ubertate, & urbium frequentia,& victoriis, quas tum Græci a Perſis, tum Romani a Mitridate aliisque reportarunt, longe clariſſima,hodie a Barbaris neglecta, ac prope deſerta jacet.

3. *Quæ diviſio?*

Turcæ hodie dividunt in 4 Provincias, nempe 1. in *Anatoliam* proprie dictam, quæ occidentem & Mare Ægæum verſus olimBithyniam,Paphlagoniam, Myſiam, Phrygiam, Lydiam, Æoliam, Ioniam, Cariam, partemque Galatiæ complectebatur. 2. In *Amaſiam*, Septentrionem Pontumque Euxinum verſus, ubi olim regnum Ponti & Cappadociæ cum parte Galatiæ. 3. In *Caramaniam*, verſus Auſtrum & mare Mediterraneum; ubi alias Lycia, Pamphilia,Cilicia &c. 5. In *Aladuliam*Orientem verſus & flumenEuphratem,quæ Armeniam minorem antiquam continet. Huc quoque pertinent inſulæ Cyprus, Rhodus &c.

4. *Quæ celebriores hic olim urbes numerabantur?*

In Bithynia Nicæa, Chalcedon &c. In Ionia Epheſus, Smyrna &c. in Cilicia Tarſus; in Lydia Thyatira; in Phrygia minore Troja urbs longe decantatiſſima; ad Helleſpontum ſive fretum Gallipolitanum Abydos, atque e regione Seſtos, arces munitiſſimæ, quas vulgo *Dardanellas majores* vocant; nam *Dardanellæ minores* in Græcia

ad

an das mittelländische oder lycische und pamphilische Meer, gegen Westen an den Archipelagus oder das ägäische Meer, an den Hellespont, an das Mar di Marmora und thracischen Bosphorus.

2. Wie ist das Land beschaffen?

Diese so wohl wegen Milde der Luft und Fruchtbarkeit der Erde, als Anzahl der Städte, wie auch wegen so vielen herrlichen Siegen, so die Griechen wider die Persier, und die Römer wider den Mithridates und andere erfochten, weltberühmte Landschaft wird dermalen von den Barbaren zimlichermassen verwahrloset und fast öde gelassen.

3. Wie wird es eingetheilt?

Die Türken theilen es heut zu Tage in vier Provinzen ab 1. in das Natolien an sich, welches gegen Westen und dem ägäischen Meere zu liegt, wo vor Zeiten Bithynien, Paphlagonien, Mysien, Phrygien, Lydien, Aeolien, Jonien, Karien, und ein Theil von Galatien gelegen. 2. In Amasien gegen Norden und dem schwarzen Meere, woselbst die alte Königreiche Pontus und Kappadocien sammt einem Theile Galatiens bekannt waren. 3. In Caramanien gegen Süden und dem mittelländischen Meere, wo vor diesem Lycien, Pamphilien, Cilicien u.s.w. sich befanden. 4. In Aladuli gegen Osten und dem Flusse Euphrat, welche das alte kleine Armenien in sich begreift. Hieher gehören auch die Inseln Cypern, und Rhodus.

4. Welche waren die berühmteren Städte in Kleinasien?

In Bithynien Nicäa, Chalcedon u. a. m. In Jonien Ephesus, Smyrna u. s. f. in Cilicien Tarsus; in Lydien Thyatira; in Kleinphrygien Troja, jene weltbekannte Stadt, an dem Hellespont oder Meerenge von Gallipoli Abydos, und gegenüber Sestos, zwey sehr feste türkische Schlösser, welche die großen Dardanellen genannt werden; denn die

ad fauces ſinus Corinthiaci utrumque littus communiunt.

II. SYRIA.

1. *Quid de hac memorandum?*

Syriam ſive *Soriam* Turcæ dividunt in tres Provincias ſive Præfecturas, Alepenſem, Tripolitanam & Damaſcenam, quarum ſingulæ a Baſſa ſive Præfecto Turcico adminiſtrantur. Alepenſis continet Syriæ antiquæ partem Borealem, cujus caput Alepum, urbs ampla & commerciis florentiſſima. Tripolitana partem Phœniciæ & Cæleſyriæ complectitur. Urbs princeps eſt Tripolis ad Mare Mediterraneum, ubi portus percommodus. Damaſcenæ Præfecturæ caput eſt Damaſcus, celebre emporium ad Libani montis radices. Ad Præfecturam hanc pertinet Palæſtina, cujus, ut & Syriæ ſolum longe fertiliſſimum meliorem paſſim culturam deſiderat, idque vel ob Turcarum avaritiam, vel incolarum deſidiam.

2. *Ubinam Pentapolis, ac Mare mortuum?*

Pentapolis regio olim amœniſſima Palæſtinam inter & Arabiam, a quinque urbibus Sodoma, Gomorrha, Adama, Seboim & Segor πεντάπολις appellata, deflagrationis illius horrendæ reliquias longe triſtiſſimas hodieque oſtentat. Univerſus quippe terræ illius tractus aſpectu horrendus ac ſumme ſterilis poma profert in ſpeciem pulcherrima; ſed quæ manibus contre-

ctata

die kleinen Dardanellen liegen in Griechenland an beyden Ufern der Meerenge des corinthischen Meerbusen oder Golfo di Lepanto.

II. Syrien.

1. Was ist hiervon zu melden?

Syrien oder Sorien theilen die Türken in drey Provinzen ab, nämlich in Aleppo, Tripoli und Damas, und wird jede von einem türkischen Bassa oder Beglerbeg verwaltet. Aleppo enthält den nördlichen Theil von dem alten Syrien, dessen Hauptstadt Aleppo eine große nnd berühmte Handelsstadt. Tripoli begreift einen Theil von Phänicien und Cälesyrien. Die Hauptstadt heißt Tripoli, welche an dem mittelländischen Meere gelegen, nebst einem sehr bequemen Haven. Die Hauptstadt der damascenischen Provinz ist Damas, türkisch Scham, eine berühmte Handelsstadt am Berge Libanon. Zu dieser Provinz gehört Palästina, dessen Erdreich, wie auch jenes von Syrien sehr fruchtbar ist; es verdiente aber da und dort fleißigere Wartung und Pflege, welche doch entweder aus Geitze und Kargheit der Türken, oder aus Hinläßigkeit der Einwohner versaumet wird.

2. Wo ist Pentapolis und das todte Meer?

Pentapolis eine ehedessen sehr schöne und überaus angenehme Landschaft zwischen Palästina und Arabien, von den fünf Städten Sodoma, Gomorrha, Adama, Seboim und Segor also benamset, weiset noch heut zu Tage die traurige Merkmäler jenes erschröcklichen Feuer- und Schwefelregen und gänzlicher Einäscherung; massen die ganze Gegend herum entsetzlich anzusehen, auch ganz wüst und öde da liegt. Es bringt zwar einige dem Schein nach schönste Aepfel; allein so bald man selbe berührt, zerfallen sie in Staub und Aschen. Eben daselbst ist ein See, welcher

ftata in cineres abeunt. Ibidem lacus eft continuum fumum & fulphur, quafi reliquias funefti illius incendii exhalans, a bitumine, Græce ἄσφαλτος Afphaltites dictus, tetri omnino ac peftilentis odoris; unde nec pifces ibi, nec fuetæ aquis volucres. Vocatur & *Mare Mortuum*, cum quod odor ejus graviffimus omnibus, vita præditis, adverfetur, tum quod ob lentum ac fpiffum bitumen nec aura, nec ventis moveri unquam poffit.

3. *Quid porro de Palæftina feu terra fancta memorandum reftat?*

Hæc a Chananæis primum, hisque Dei monitu exterminatis, a populo Ifraelitico incolebatur. Termini ejus a Septentrione mons Libanus, ab Occafu mare Syriacum (quod & Sidonium, & Phœnicium dicitur) a Meridie Arabia petræa, ab ortu Arabia deferta. Quadrifariam dividebatur 1. in Judæam, 2. in Samariam, 3. in Galilæam, 4. in Peræam. In Judæa tribus Juda, Benjamin, Simeon & Dan; in Galilæa Afer, Nephtali, Zabulon & Iffachar; in Samaria Ephraim cum dimidia Tribu Manaffe; in Peræa trans Jordanem, ubi & Ituræa & Trachonitidis regio, Ruben & Gad cum reliqua Manaffis tribu confedere. Terræ fanctæ metropolis, regnique olim Judaici fedes erat Hierofolyma, toto terrarum orbe nominatiffima, hodie folo fere nomine, & Chrifti fepulchro celebris.

einen immerwährenden Rauch und Schwefeldampf, als gleichsam ein Denkmaal jener gräulichen und schreckbaren Brunst, von sich giebt. Dieser See wird wegen dem Asphaltus oder Erdpech Asphaltites, oder der asphaltische See genannt, und hat einen sehr üblen und pestilenzischen Geruch, also daß weder Fische noch Wasservögel sich allda können aufhalten. Man nennet ihn auch das todte Meer, theils wegen des unleidentlichen Gestanks, so allem, was ein Leben hat, höchst zuwider ist; theils weil wegen des zähen und dicken Erdpechs, das Wasser weder durch die Luft noch durch den Wind jemal kann bewegt und erfrischet werden.

3. Was ist noch von Palästina oder dem heiligen Lande zu melden übrig?

Dieses Land war anfänglich von den Chananäern, und nachdem diese aus göttlichem Befehle sind vertilget und ausgerottet worden, von dem israelitischen Volke bewohnet. Es gränzet gegen Norden an den Berg Libanon, gegen Westen an das syrische Meer, (welches auch das sidonische und phönicische genannt wird) gegen Süden an das steinigte, gegen Osten an das wüste Arabien, und ward abgetheilt 1. in Judäen oder Judenland, 2. in Samarien, 3. in Galiläen, 4. in Peräen. In Judäen waren die Zünfte oder Stämme Juda, Benjamin, Simeon und Dan; in Galiläen die Zünfte Aser, Nephtali, Zabulon und Issachar; in Samarien die Zunft Ephraim sammt der halben Zunft Manasse; in Peräen oder Ituräen jenseit des Jordans, allwo auch die Landschaft Trachonitis, die Zünfte Ruben und Gad sammt der übrigen Zunft Manasse. Die Hauptstadt des gelobten Lands und der jüdischen Könige Residenz war Jerusalem, so ehedessen durch die ganze Welt; nunmehr aber fast wegen des Namen allein und des Grabs Christi halber bekannt ist.

III. ARABIA.

1. *Quid de Regione hac paucis dicendum?*

Arabia triplex eſt, petræa, deſerta, & felix, ubi varii Principes (Emiros vocant) dominantur, quorum plerique Turcis, ceteri Perſis ſunt vectigales. Per Arabiam petræam, majori ex parte ſterilem, arenoſam ac ſole torridam, populus Iſraeliticus, Moyſe ductore, ex Ægypto in Palæſtinam longo viarum circuitu eſt profectus. Mons ibi Sinai & Horeb uterque Dei cum Moyſe alloquio inſignis. Arabia deſerta, Judæis Cedar, maximam ſui partem plana eſt; at ſterilis pariter & arenoſa, ideoque *deſerta.* Arabia felix, ubi regnum Sabæ fuiſſe traditur, auro, gemmis, balſamo, thure, myrrha, aromatis & fabis, vulgo *Caffe* abundat. Inter urbes præcipuas eſt Mecha, Mahometis patria, & Medina, ubi Pſeudoprophetæ tumulus. Urbs utraque ſumma Mahometanorum, catervatim illuc confluentium, ſuperſtitione frequentatur.

2. *Quis Arabum genius, quæve cœli affectio?*

Calor ibi maximus; quem tamen rores matutini nonnihil mitigant. Hinc itinera noctu peraguntur. Incolæ cum armentorum gregibus paſcua vagi pererrant, & Scytharum more habitant ſub tentoriis, quoad pabulum ſuppetit; quo abſumpto alio commigrant, latrociniisque finitimos infeſtant. Qui urbes incolunt, paulo humaniores ſunt, mercaturæ ut plurimum dediti, Mahometis tamen erroribus omnes impliciti,

IV.

III. Arabien.

1. Was ist von dieser Landschaft kürzlich zu melden?

Es giebt ein dreyfaches Arabien, nämlich das steinichte, das wüste, und das glückselige oder reiche Arabien, worinnen verschiedene Fürsten, Emirs genannt, herrschen, wovon die meiste den Türken, die übrige den Persiern zinsbar sind. Durch das steinigte Arabien, so meistentheils unfruchtbar, sandicht und von der Sonnenhitze verbrennt ist, ward das israelitische Volk unter Anführung des Moyses aus Egypten in das gelobte Land durch viel und lange Umwege gezogen. Hieselbst sind die Berge Sinai und Horeb, beyde berühmt wegen der Ansprache, so GOtt mit Moyses auf selben gehabt. Das wüste Arabien, so die Juden Cedar nannten, ist zwar größten Theils eben, doch zugleich unfruchtbar und sandicht, folgsam unbewohnt. Das glückselige oder reiche Arabien, wo das Königreich Saba soll gewesen seyn, hat an Gold, Perlen, Balsam, Weihrauch, Myrrhen, Gewürz, Spezereyen und Caffebohnen einen Ueberfluß; unter den vornehmsten Städten ist Mecha, wo Mahomet gebohren, und Medina, woselbst dieser Erzbetrüger und Afterprophet begraben liegt. Beyde diese Städte werden von den abergläubischen Mahometanern, so dahin haufenweise wallfahrten, stets besucht.

2. Was haben die Araber für Sitten und Witterung?

Es ist allda sehr große Hitz, welche doch vom Morgenthau etwas gelindert wird. Weßwegen die Reisen zu Nachts angestellt werden. Die Einwohner ziehen hin und her auf den Matten und Wiesen mit ihren Viehherden, und wohneu gleich den Scythiern in den Gezelten und Feldhütten, so lang eine Weide und Fütterung vorhanden. So bald sie aber abgeweidet haben, rücken sie weiter, und machen durch Morden uud Rauben die ganze Nachbarschaft unsicher. Die in den Städten wohnen, sind etwas geselliger, und verlegen sich meistentheils auf die Handelschaft; jedoch hangen diese und jene sämmtlich den mahometanischen Irrthümern an.

IV. GEORGIA.

Ubinam ſita hæc regio?

Pontum Euxinum, & Mare Caſpium interjacet, inque plures diſtribuitur Provincias, quas inter Georgia proprie dicta ſive Gurgiſtan, ubi olim Iberia; Colchis item Argonautarum expeditione celebris, quæ Mengrelia hodie vocatur, atque in tres iterum dividitur Principatus. Terra, frugifera alioquin, parum excolitur, ac partim Turcis, partim Perſis vectigalis eſt. Religionem quidem Chriſtianam profiteri dicuntur, ſed erroribus pluribus inquinatam.

V. ARMENIA ſive TURCOMANNIA.

Quænam hæc regio?

Potiſſimam Armeniæ majoris partem complectitur. Hic eminet mons Ararat, in cujus præalto vertice Arca Noe, ceſſante terrarum eluvione, conſediſſe perhibetur. Multi quoque in Armenia hac ſuperſunt Catholici; quos tamen hæretici, Eutychiani potiſſimum & Monothelitæ: Mahometani item & Hebræi junctis omnes viribus undique exterminare nituntur.

IV. Georgien.

Wo liegt dieses Land?

Es liegt zwischen dem schwarzen und caspischen Meere, und wird in mehrere Landschaften eingetheilt, worunter Georgien an sich oder Gurgistan, allwo vormals Iberien gelegen, imgleichen das wegen der argonautischen Schiffahrt berühmte Kolchis, welches heut zu Tage Mingrelien heißt, und in drey Fürstenthümer abgetheilt wird. Das Land ist an sich selbst fruchtbar, wird aber übel angebauet, und ist theils den Türken, theils den Persianern zinsbar. Die Religion wird zwar für die christliche ausgegeben; sie ist aber mit sehr vielen Irrthümern vermenget.

V. Armenien oder Turcomanien.

Was ist dieses für ein Land?

Es enthält das meiste von Großarmenien. Hier ist der Berg Ararat, worauf die Arche Noe nach der Sündfluth sich solle niedergelassen haben. In diesem Armenien giebt es viel Katholische, welche aber die Ketzer, sonderbar die Eutychianer und Monotheliten, wie auch die Mahometaner und Hebräer mit vereinigten Kräften gänzlich auszureuten trachten.

VI. DIARBECHIA.

Quæ hodie regionis hujus facies?

Veteris Aſſyriæ partem, Meſopotamiam, Babyloniam & Chaldæam complectitur, regio olim amœniſſima & deliciis plena; hodie tamen cum ob colonorum ſocordiam, tum ob continuas Arabum graſſationes horrida & inculta, uti regiones pleræque omnes Turcico Imperio ſubjectæ. In tractu porro illo, ubi Euphrates & Tigris confluunt, Paradiſus fuiſſe traditur; cujus tamen, uti & veteris Babylonis, Ninives, Edeſſæ, Ur, Haran, turris Babel &c. vix rudera exſtant.

§. II.

Reliquæ Aſiæ partes.

PERSIA.

1. *Qui Regni hujus termini?*

Ad ortum Indus. ad occaſum Tigris amnis, ad Boream mare Caſpium & fluvius Oxus, ad Auſtrum Oceanus Indicus & ſinus Perſicus.

2. *Quæ diviſio?*

Quinque olim partes præcipuas complectebatur nempe 1. Ariam ad Ortum ſive Indiam verſus, 2. Sogdianam ad Septentrionem Scythiam verſus. 3. Parthiam itidem ad Septentrionem juxta mare Caſpium, 4. Mediam ad Occaſum Armeniam & Aſſyriam verſus, 5. Perſidem ad

Au-

VI. Diarbeck.

Wie sieht heut zu Tage dieses Land aus?

Es begreift einen Theil von dem alten Assyrien, die Landschaften Mesopotamien und Babylonien sammt Chaldåen. Es ward vor Alters ein Land voller Annehmlichkeiten und Ergetzlichkeiten, so aber dermalen theils wegen der Unachtsamkeit und Fahrlåßigkeit der Einwohner, theils wegen den ewigen Streifereyen der Araber ganz wůst, öd und ungebaut da ligt, wie fast alle andere Lånder, so unter der tůrkischen Bothmåßigkeit stehen. Um jene Gegend, wo die Flůsse Euphrat und Tigris zusammenfließen, soll das Paradies gestanden seyn. Doch ist weder von diesem, weder von der alten Stadt Babylon, Ninive, Edessa, Ur, Haran, Thurn Babel u.s.w. kaum einiges Merkmaal mehr ůbrig.

Zweyter Absatz.

Die ůbrigen Theile Asiens.

Persien.

1. Was hat dieses Kônigreich fůr Grånzen?

Gegen Osten den Fluß Indus, gegen Westen den Fluß Tigris, gegen Norden das caspische Meer und den Fluß Oxus, gegen Sůden das indianische Meer und den persianischen Meerbusen.

2. Wie wird es eingetheilt?

Vor Alters hatte es fůnf Hauptheile, nåmlich 1. Aria ostwårts gegen Indien. 2. Sogdiana nordwårts, weit gegen Scythien hinauf. 3. Parthia gleichfalls gegen Norden bey dem caspischen Meere. 4. Medien westwårts gegen

Auſtrum ſinumque Perſicum, ad cujus fauces Armuzia urbs quondam munitiſſima cum portu inſigni, Luſitanici tunc juris ſita erat; quæ tamen, pluraque alia anno 1622 Anglorum, Mahometanis magis, quam Catholicis faventium, conſilio & opera Luſitanis fuit erepta, & Chriſtiani nominis hoſtibus tradita. Summatim Provinciæ erant ſeptendecim, quibus omnibus nova pridem nomina fuere impoſita. Urbes præcipue fuere Perſepolis, ab Alexandro M. in cineres, ſcorti hortatu, redacta, Ecbatana Perſiæ Regum ſedes æſtiva, & Suſa ſedes hyberna. Hodierni regni Perſici metropolis ſedesque regia eſt Aſpahamum.

3. *Quod ſoli & incolarum ingenium?*

Fluvii in regno hoc ampliſſimo perpauci, iique in plures diducti rivos, ad agros nimio ſolis æſtu torridos & exſuccos humectandos. Provinciæ Boreales temperatiores ſunt ac fertiliores: Auſtrales contra præfervidæ; quædam etiam deſertæ, arenoſæ, ac ſteriles. Incolæ mercaturæ potiſſimum ſe dedunt, longeque erga externos humaniores ſunt, quam Turcæ. Ab his tamen ob diverſam Alcorani, in cujus verba utrique jurant, expoſitionem plurimum diſcrepant, acerbisque idcirco odiis ſe mutuo proſequuntur.

INDIA.

1. *Quæ Indiæ diviſio?*

India a flumine Indo nomen trahens, quadrifariam dividi poteſt. 1. In Indiam Indum inter

&

gen Armenien und Assyrien. 5. Persis südwärts gegen dem persianischen Meerbusen, woselbst an der Meerenge die zuvor berühmte und dazumal den Portugiesen gehörige Festung Ormus nebst einem trefflichen Hafen gelegen war; so aber im Jahre 1622 durch Rath und Zuthun der mehr den Mahometanern als Christen gewogenen Engländer, samt vielen andern Orten den Portugiesen hinweggenommen, und den Feinden des christlichen Namen in die Hände gespielet worden. Ueberhaupts zählte man 17 Provinzen, denen vorlängst ganz neue Namen geschöpfet worden. Die vornehmsten Städte davon waren Persepolis, welche Alexander der Große auf Einrathen eines Schleppsacks in Brand gesteckt, Ekbatana die Sommer- und Susa die Winterresidenz der persischen Könige. Itziger Zeit ist Ispahan die Haupt- und Residenzstadt des persischen Reichs.

3. Wie ist das Erdreich und die Einwohner beschaffen?

In diesem sehr großen Königreiche sind wenig Flüsse; und werden auch diese, um das von der Sonnenhitze ganz ausgedörrte, spare und saftlose Erdreich zu befeuchten, in viele Bäche zertheilt und abgeleitet. Die nördlichen Länder sind viel gemäßigter und fruchtbarer; die südliche hingegen sehr warm; etliche auch wüst, sandicht und unfruchtbar. Die Einwohner verlegen sich meistentheils auf die Handelschaft; erzeigen sich auch gegen den Ausländern weit freundlicher, als die Türken. Jedoch können sie sich mit diesen, wegen verschiedener Auslegung des Alcorans, den beyde Nationen für ihre Glaubensregel halten, gar nicht vertragen; sondern sind deßwegen einander sehr aufsätzig und gehäßig.

Indien.

1. Wie wird Indien eingetheilt?

Indien von dem Flusse Indus also benamset, kann vierfach abgetheilt werden. 1. In das zwischen den Flüssen Indus

& Gangem Septentrionem verſus, ubi magni Mogolis Imperium, de quo in Opuſculo IV meminimus. 2. In Peninſulam intra Gangem Occaſum verſus. 3. In Peninſulam extra Gangem Ortum verſus. 4. In Indiam Inſulanam.

2. *Quid de Peninſula cis Gangem memorandum?*

Peninſula hæc plurima complectitur regna, in quibus Luſitani ante annos amplius ducentos urbes locaque alia non pauca Eccleſiæ Chriſti, Regisque Luſitanici imperio ſubdidere. At poſteaquam Batavi longo poſt tempore Luſitanos pluribus in locis antiqua ſua poſſeſſione exturbarunt, non Luſitanicæ ſolum, ſed Chriſtianæ quoque res in Oriente plurimum acciſæ fuerunt. Goa tamen, Archiepiſcopi & Proregis ſedes, ſex munitiſſimis caſtellis portuque inſigni inſtructa, in Luſitanorum adhuc poteſtate eſt, ubi & S. Franciſci Xaverii Indiarum Apoſtoli, ſanctitate & miraculis toto terrarum orbe celebratiſſimi, corpus ab anno 1552 in hanc usque diem incorruptum viſitur, trecentis lampadibus ad ejus tumulum jugiter ardentibus.

3. *Quæ regna nominatiora Peninſula ultra Gangem complectitur?*

1. Ad Septentrionem Regnum Avæ & Peguanum, 2. ad Auſtrum Siamum & Malacam, olim *Auream Cherſoneſum* dictam. 3. Ad Ortum Tunchinum & Cochinchinam cum pluribus aliis regnis.

4. Quæ

dus und Ganges nordwärts gelegene Indien, woselbst des Großmogols sehr weit sich erstreckende Gebiet, dessen im vierten Werklein Erwähnung geschehen. 2. In die Halbinsel dießseit des Ganges, 3. In die Halbinsel jenseit des Ganges, 4. In die um Indien herum liegende Inseln.

2. Was ist von der Halbinsel dißseit des Ganges zu merken?

Diese Halbinsel begreift sehr viele Königreiche, worinnen die Portugiesen vor zweyhundert und mehr Jahren viele Städte sammt andern verschiedenen Orten der Kirche GOttes und dem Königreiche Portugall unterwürfig gemacht. Nachdem aber die Holländer lange Zeit hernach die Portugiesen da und dort von ihrer alten Besitzung vertrieben, ist damit so wohl die portugiesische Macht als die christliche Religion in großes Abnehmen gerathen. Jedoch gehört Goa des Erzbischofs und königlichen Statthalters Residenzstadt, so mit sechs sehr festen Castellen und einem trefflichen Hafen versehen ist, annoch den Portugiesen, woselbst des an Heiligkeit, Menge und Größe der Wunderthaten durch die ganze Welt berühmten Indianerapostels Franciscus Xaverius Leichnam vom Jahre 1552 bis auf heutigen Tag noch unversehrt zu sehen, bey dessen Grabe dreyhundert Lampen unaufhörlich brinnen.

3. Welche sind die namhafteren Königreiche in der Halbinsel jenseit des Ganges?

1. Gegen Norden das Königreich Ava und Pegu. 2. Gegen Süden das Königreich Siam, und Malaca, welches vor Zeiten die güldene Halbinsel genannt worden. 3. Gegen Osten Tunquin und Cochinchina nebst vielen andern Königreichen.

4. Wel-

4. *Quæ Insulæ celebriores in Oceano Indico?*

1. Maldivæ infra oram Malabaricam longo tractu ab Aquilone in Austrum porrectæ & in tredecim series distinctæ. 2. Ceylanus e regione oræ piscariæ & Coromandeliæ Lusitanici primum juris, dein a Batavis occupata. 3. Sumatra, ac Borneum ex Asiæ insulis maxima, & Java infra Peninsulam extra Gangem. 4. Molucæ in magnas & parvas divisæ. 5. Philippinæ Sinam inter & Molucas, & Marianæ inter Oceanum Orientalem & mare Pacificum, quarum illæ a Philippo II Rege, istæ a Maria Anna Hispaniæ Regina nomen duxere. His adjungimus insulas Japonicas, quæ Orientem versus ultra Sinam protensæ, uni subsunt Monarchæ.

5. *Quæ Indiæ fertilitas?*

Saccharo, oryza, gossipio, serico, aromatis omnis generis; margaritis item gemmisque pretiosissimis, auro & argento &c. abundat. Sed vix usquam gentium plantam, arboremque æque utilem reperias atque illam, quæ nuces (*cocos vocant*) humani prope capitis magnitudine passim profert. Namque & cibum & potum, & vestitum, & quidquid ferme ad supellectilem vel nauticam, vel domesticam necessarium est, sola suppeditat.

6. *Quid vero de religione dicendum restat?*

Jam inde a magni Indiarum Apostoli Xaverii adventu homines illic innumeri ab Ethnica & Mahometana superstitione ad veri Numinis cultum fuere adducti. At postquam hæretici Europæi

4. Welche sind die berühmteren Inseln auf dem indianischen Weltmeere?

1. Die maldivischen Eyländer unter der malabarischen Küste, welche sich der Länge nach von Norden gegen Süden erstrecken, und in dreyzehn Reihen eingetheilt werden. 2. Ceylan gegenüber der Fischerküste und Coromandel gelegen, die anfangs den Portugiesen gehörte, und nachgehends von den Holländern weggenommen worden. 3. Sumatra, und Borneo, so aus den asiatischen Inseln die größte, und Java, unter der Halbinsel jenseit des Ganges. 4. Die molukischen Inseln, so in die große und kleine abgetheilet werden. 5. Die philippinischen zwischen China und den molukischen Inseln, und die marianischen zwischen dem Ostocean und stillen Meere, aus denen jene von Philipp II dem Könige, diese aber von Maria Anna der Königinn in Spanien ihren Namen überkommen. Wir setzen denen itzt gemeldten die japonischen Inseln hinzu, welche über China ostwärts hinaus liegen, und von einem Monarchen beherrschet werden.

5. Wie stehet es in Indien mit der Fruchtbarkeit?

Es hat an Zucker, Reiß, Baumwolle, Seiden, allerley Gewürz und Specereyen, imgleichen an kostbaren Perlen und Edelgesteinen, Gold und Silber einen großen Ueberfluß. Doch wird man kaum in der ganzen Welt ein nutzlicheres Gewächs finden, als jenen Baum, die so genannte Cocosnüsse, die fast so groß als ein Menschenkopf, in der Menge hervorbringt; massen er Speis, Trank, Kleidung, und was fast zum Schifzeuge oder Hausrathe nöthig ist, allein an die Hand giebt.

6. Was ist noch von der Religion zu melden?

Gleich von jener Zeit an, da der große Indianerapostel Xaverius hierselbst angelangt, ist ein unzählbare Menge der Menschen von dem heydnischen und mahometanischen Aberglaube zur wahren Religion und GOttesdienst gebracht worden.

ropæi in has quoque terras, quo Catholici dudum ante immensis sane sumptibus, laboribus, periculisque aditum sibi aperuere, pedem intulerunt, vera inde religio, fides, pietas &c. passim abire in exilium compulsa est irreparabili tot millium animarum exitio. In Japonia certe res Christiana tantopere floruit, ut primitivam illam Ecclesiam in extremum hunc orbis angulum commigrasse crederes. Verum Hollandi falsis suis criminationibus, calumniis, obtrectationibus Japonum Monarcham eo tandem impulere, ut multis Christianorum millibus immanissime trucidatis, & Christum, & ipsum adeo nomen *Christiani* Japonia universa proscripserit, solis Hollandis, utpote qui non *Christianos*, sed *Hollandos* se esse palam diserteque profitentur, aditus in regnum hoc est concessus.

TARTARIA MAGNA.

Quid de hac memorandum?

Amplissima hæc Asiæ pars ad Occasum Moscovia & Mari Caspio, ad Austrum Persia, India & Sina, ad Ortum & Septentrionem Mari Tartarico terminatur, dividiturque in partes plures, vix nomine Europæis notas. Hic vetus illa Scythia citerior, sive intra Imaum, & ulterior sive extra Imaum montem, Serica item, populique Seres fuisse perhibentur. Tartari moribus sunt efferis, incultis & barbaris. Carnes equorum & camelorum semicrudas cum lacte equino inter gulæ lautitias numerant.

worden. Allein nachdem die europäischen Ketzer in diese Länder, wohin die Katholische durch unsägliche Kosten, Mühewaltung, Leibs- und Lebensgefahren, sich den Weg gebahnet, gleichfalls sich eingedrungen haben, hat auch die wahre Religion, Glauben, Gottesfurcht u. s. w. müssen in das Elend wandern, mit unersetzlichem Verluste und ewigen Untergang so vieler tausend Seelen. Sonderbar aber war in Japon das Christenthum in so großem Flor und Aufnahme, daß man hätte glauben können, jene erste, von Christo neugestiftete Kirche sey in diesen äußersten Winkel der Welt übersetzt worden. Allein es haben leider, die Holländer durch ihre falsche Anklagen, und Verleumdungen den japonischen Monarchen endlich dahin verleitet, daß er viele tausend Christen des Glaubens halber auf das allergrausamste hat hinrichten lassen, und nicht nur Christum, sondern so gar auch den Namen eines Christen aus ganz Japonien auf ewig verbannet. Den Holländern allein, als welche öffentlich und hoch betheuren, daß sie keine Christen, sondern Holländer sind, wird der Zugang in dieses Reich gestattet.

Die große Tartarey.

Was ist davon zu merken?

Dieser größte Theil von Asien gränzet gegen Westen an Moscau und das caspische Meer, gegen Süden an Persien, Indien und China, gegen Osten und Norden an das tartarische Meer, und begreift mehrere Theile in sich; die aber den Europäern kaum dem Namen nach bekannt sind. Hier soll das alte dieß- und jenseit des Bergs Imai gelegene Scythien, imgleichen Serica, dessen Einwohner Seres hießen, gewesen seyn. Die Tartarn sind sehr wilde, ungesittete und barbarische Leute. Das halbrohe Pferd- und Kamelfleisch halten sie für die niedlichsten Bißlein, und trinken nichts lieber als Roßmilch.

SINA.

Quinam Imperii hujus termini?

Ab Oriente & Meridie Oceanus Orientalis, qui & Sinensis a Sinis dictus; ab Occasu India; a Septentrione Tartaria magna, a qua muro illo, ad quingentas ferme leucas porrecto, sejungitur. Regio hæc tum rebus ceteris, tum præcipue serico tantopere abundat, ut hoc plerique omnes vestiri soleant. Herba *Thea* & vasa fictilia, quæ *Porcelana* vocant, ex Sinis allata, præ ceteris commendantur. Potentissimi vastitissimique hujus Imperii metropolis ac sedes regia Pechinum est, qua ampliorem frequentioremque urbem Orbis non habet.

CAPUT XI.

Mappa Geographica Africæ.

1. *Quis Africæ situs?*

Maxima hæc orbis terrarum Peninsula exiguo isthmo Asiæ conjungitur, atque ad Septentrionem mari Mediterraneo, ad Ortum Erythræo & Indico, ad Occidentem & Austrum Oceano Atlantico & Æthiopico cingitur. Figura ejus in mappa Geographica accedit ad cordis similitudinem, cujus pars superior zonæ temperatæ Boreali, meditullium zonæ torridæ, pars inferior zonæ temperatæ Australi subjacet.

2. *Quæ*

Sina.

Was hat dieses Kaiserthum für Gränzen?

Ost = und südwärts das morgenländische Weltmeer, welches auch das sinesische von Sina genannt wird; westwärts Indien; nordwärts die große Tartarey, wovon es durch jene bey fünfhundert Meilen lange Mauer abgesondert wird. Das Land hat so wohl an andern Producten, als sonderbar an Seiden einen solchen Ueberfluß, daß sich fast jedermann davon kleidet. Der Thee, und die Porcelangeschirre aus China werden sonders angerühmt. Die Hauptstadt dieses mächtigsten und überausgroßen Reichs ist Peckin, so für die größte und volkreicheste Stadt der ganzen Welt gehalten wird.

Eilftes Kapitel.

Von der africanischen Charte.

1. Was hat Africa für eine Lage?

Diese ungeheur große Halbinsel wird vermittelst einer schmalen Erdzunge an Asien angehängt, und ist nordwärts mit dem mittelländischen, ostwärts mit dem rothen und indianischen, west = und südwärts mit dem atlantischen und äthiopischen Meere umgeben. Auf der Charte gleichet es fast einem Herzen, dessen oberer Theil in dem gemäßigten nordlichen; der mittlere in dem heißen; der untere in dem gemäßigten südlichen Weltstriche liegt.

2. *Quæ præcipua Africæ flumina?*

1. Nilus, qui a Meridie in Septentrionem per Abyſſiniam, Nubiam & Ægyptum procurrens mare ſubit Mediterraneum. 2. Niger, qui ab Ortu Occaſum verſus Nigritiam bifariam ſecans, in mare Atlanticum pluribus Oſtiis irrumpit.

3. *Quæ Africæ magnitudo?*

Si terræ ſpatium metiare, triplo fere major eſt Europa, at ſi habitatorum numerum ſupputes, duplo forte minor cenſeri poterit. Nam vaſtiſſima illic terrarum ſpatia aut inculta jacent, aut arenis ſterilibus obducuntur, aut nimio ſolis æſtu torrentur, aut multiplici animalium noxiorum genere infeſtantur. Alicubi tamen, in locis præſertim maritimis & ubi irrigua ſunt flumina, mira ſoli fertilitas. Ut proinde quidquid Africa ſive boni, ſive mali producit, *prodigioſum* dici poſſit.

4. *Quæ Afrorum indoles & Religio?*

Quamdiu religio vera, quæ efferas etiam atque indomitas gentes manſuefacit, atque ad omnem humanitatem informat, in Africa floruit, alia prorſus vitæ morumque diſciplina & cultura viguit. At poſtquam & hæretica impietas & Mahometana ſuperſtitio animos inficere cœpit & corrumpere, mox ad ingenium Afri priſtinamque rediere barbariem. Hodie Mahometani in Barbaria præcipue & Ægypto; in Abaſſia &c. Chriſtiani; alibi etiam idolorum degunt cultores. Ii porro, qui Ægyptum, Barbariam, locaque finitima incolunt, albo, ſeu potius ſubflavo; reliqui nigro ſunt colore.

5.

2. Welche sind die vornehmsten Flüsse in Africa?

1. Der Nilstrom, welcher von Süden gegen Norden Abyssinien, Nubien, und Egypten durchströmet, und in das mittelländische Meer sich ergießt. 2. Der Niger, welcher von Osten gegen Westen mitten durch Nigritien fließt, und durch viel Einflüsse sich in das atlantische Meer stürzet.

3. Wie groß ist Africa?

Sieht man die Weite und den Raum der Erde an, ist es fast dreymal größer, als Europa; rechnet man aber die Zahl der Einwohner aus, wird man es zweymal kleiner zu seyn befinden; weil sehr viel Orte entweder gar nicht bewohnt, oder angebaut werden wegen so vielen unfruchtbaren und sandichten Wüsteneyen; oder weil manche Landschaft von der großen Sonnenhitze ganz ausgedörrt, und überdas von allerhand schädlichen wilden Thieren unsicher gemacht wird. Doch ist es an einigen Orten, bevoraus gegen den Seeküsten, und wo die Flüsse selbst das Land bewässern, ungemein fruchtbar; daß demnach, was immer Africa, es sey gleich Gutes oder Böses, hervorbringt, was seltsames kann genennt werden.

4. Wie steht es dermalen mit den Sitten und mit der Religion der Africaner?

So lang die wahre katholische Religion, welche auch die wilde und unbändige Völker ganz zahm und gesittet macht, in Africa noch im Schwange gieng, ward der ganze Lebenswandel, die Zucht, Sitten und Policey sehr wohl eingerichtet. So bald aber die ketzerische Gottlosigkeit, wie auch der mahometanische Aberglaube die Gemüther eingenommen, vergiftet und verderbt, sind die Africaner also gleich zu ihrer vorigen wilden, und barbarischen Art wieder gekehret. Heut zu Tage halten sich daselbst, sonderbar in der Barbarey, Egypten u. s. w. die Mahometaner, die Christen in Abyssinien und in andern Ländern, anderswo auch Heiden und Götzendiener auf. Diejenigen, welche Egypten, die Barbarey und benachbarten Orte bewohnen, sind weißlicht, oder vielmehr bleichgelb; die übrigen schwarz an der Farbe.

5. *Quinam in Africa rerum potiuntur?*

1. Turcarum Imperator, cui Ægyptus paret, potiſſimaque Barbariæ pars vectigalis & obnoxia eſt. 2. Rex Feſſæ & Marochii. 3. Abaſſiæ ſive Abyſſiniæ Imperator. 4. Imperator Monomotapæ.

6. *Quæ Africæ diviſio?*

Nos in ſuperiorem ſive Borealem, in inferiorem ſive Auſtralem & in Africam insulanam divimus. Alii aliter partiuntur.

§. I.

Superior Africæ Pars.

1. *Quot regiones hæc complectitur?*

Sex: 1. Barbariam, 2. Ægyptum, 3. Biledulgeridiam, 4. Zaaram ſive regionem deſertam 5. Nigritiam, 6. Guineam.

2. *Ubi Barbaria ſita eſt?*

Partem potiſſimam mari Mediterraneo circumjacet e regione Europæ. Regnum Feſſanum & Marocanum, ubi olim Mauritania Tingitana erat, juxta Oceanum Atlanticum ad fretum Herculeum porrigitur. Inde tres ſequuntur Reſpublicæ, Algeriana, Tunetana, & Tripolitana, famoſa piratarum receptacula. In tractu Algeriano olim Numidia & in hac urbes Hippon (hodie *Bona*) & Tagaſte erant, illa Epiſcopatu, hæc natalibus S. Auguſtini clara. Haud procul urbe Tuneto Carthago ſtetit, urbs quondam nominatiſſima Romæque æmula; cujus tamen non niſi rudera quædam exſtant. Extrema Barba-

5. Welche sind die vornehmsten Beherrscher von Africa?

1. Der Großtürk welcher Egypten besitzt, und dem auch das meiste von der Barbarey zinsbar ist. 2. Der König von Fetz und Marocco. 3. Der Kaiser in Abyssinien. 4. Der Kaiser in Monomotapa.

6. Wie wird Africa eingetheilt?

Wir theilen es ab in das obere oder nördliche, in das untere oder südliche Africa, und in die herumliegende Inseln. Andere machen eine andere Austheilung.

Erster Absatz.

Der obere Theil von Africa.

1. Wie viele Landschaften befinden sich allda?

Sechs: 1. Die Barbarey. 2. Egypten. 3. Biledulgerid. 4. Zara, oder die Wüste. 5. Nigritien. 6. Guinea.

2. Wo liegt die Barbarey?

Meistens am mittelländischen Meere herum gegen Europa über. Das Königreich Fetz und Marocco, wo vor diesem das tingitanische Mauritanien war, liegt an dem atlantischen Meere, und ziehet sich gegen der Meerenge von Gibraltar oder so genannteu Strasse hinauf. Hiernächst folgen die drey Republiquen Algier, Tunis und Tripoli, jene verschreyten Raubnester der africanischen Seeräuber. In der algierischen Gegend war vor Alters Numidien, und darinnen die Städte Hippon (heut Bona) und Tagasta, beyde ehedessen sehr berühmt, jene wegen dem Bischthum, diese wegen dem Geburtsorte des großen heiligen Augustinus. Unweit der Stadt Tunis stund die weltbekannte, mit Rom stets eiferende Stadt Carthago, davon jedoch nichts als einige Mauersteine mehr zu sehen. Der äußerste Theil von der

riæ pars, Ægyptum verſus, eſt Barcana regio, ubi olim Libya exterior, Cyrenaica & Marmarica.

3. *Quid de Ægypto memoratu dignum occurrit?*

Ægyptus dividitur in inferiorem, mediam & ſuperiorem, quo hodie *Said*, olim Thebais dicta eſt, tot virorum ſanctiſſimorum nutrix. Ac licet terra pluviis raro aut nunquam irrigetur; annua tamen inundatione Nili, qui ſub æſtivum ſolſtitium intumeſcere incipit, mirum quantum fœcundatur. Regionis Caput Cairus eſt, urbs totius Africæ ampliſſima. Inde haud procul abſunt Pyramides miræ altitudinis. Alexandria porro, ab Alexandro M. ad oram maris Mediterranei exædificata, de priſtino illo ſplendore plurimum deperdidit. Videbatur inde turris Pharos, mundi miraculum.

4. *Quid de Biledulgeridia, Zaara, Nigritia & Guinea memorandum?*

1. Biledulgeridia a dactylis, quibus abundat, nomen trahens Barbariæ contermina eſt, longiſſimoque tractu ab Ægypti confinibus ad Oceanum Atlanticum protenditur. 2. Zaara, ubi olim Libya interior, leones, tigrides, ſtruthiones, variaque monſtra alit, quibus homines indigenæ haud multum abſimiles. 3. Nigritiam Niger amnis perinde ac Nilus Ægyptum inundare dicitur, ac fœcundare. Incolæ Hiſpanis ac Luſitanis plurima vendunt mancipia, quæ deinde in Americam transvecta, multis magnisque laboribus exercentur. 4. Guinea auro, ebore, rebusque

aliis

Barbarey gegen Egypten zu, ist die Landschaft Barca, woselbst vormalen das äußere cyrenäische, und marmarische Libyen sich befand.

3. Was ist von Egypten zu merken?

Dieses wird in das niedere, mittlere und obere Egypten eingetheilt, welches letztere itzt Said, vor diesem aber Thebais hieß, worinnen sich so viele heiligsten Männer dazumal aufgehalten. Und ob es schon in Egypten selten oder gar nicht regnet, wird doch das Erdreich durch die jährliche Ueberschwemmung des Nilflusses, welcher im Sommer um die Zeit der Sonnenwende überzulaufen anfängt, ungemein fruchtbar gemacht. Die Hauptstadt, so die allergrößte in ganz Africa ist, heißt Alcair oder Cairo. Nicht weit davon sind jene sehr hohe Pyramiden. Die Stadt Alexandria, welche Alexander der Große am mittelländischen Meere angelegt, hat sehr viel von ihrer vorigen Zierde und Herrlichkeit verlohren. Von da aus sah man den Thurm Pharos, so für ein Weltwunder gehalten worden.

4. Was ist von Biledulgerid, Zaara, Nigritien und Guinea zu melden?

1. Biledulgerid, von den Datteln, welche daselbst häufig wachsen, also genannt, stößt ganz an die Barbarey, und erstreckt sich der Länge nach von den egyptischen Gränzen bis an das atlantische Meer. 2. Das wüste Land Zaara, wo vor Alters das äußere Libyen lag, giebt sehr vielen Löwen, Tigerthieren, Straussen, und allerley Ungeheuren, denen die Einwohner nicht viel ungleich sind, eine Wohnstätte. 3. Nigritien wird der Sage nach von dem Fluß Niger, wie Egypten von dem Nilus, überschwemmet und fruchtbar gemacht. Die Einwohner verkaufen den Spaniern und Portugiesen sehr viele Sclaven, welche sodann nach America überbracht, und allda zu vielen und strengen Arbeiten angehalten werden. 4. Guinea hat an Gold, Helfenbein und andern Sachen großen Ueberfluß. Daher die Europäer starke Handlung

aliis abundat. Quocirca ab Europæis plurimum frequentatur præsertim a Batavis, Danis, Brandeburgis & Anglis, qui littoribus illis, *Oræ* præsertim *Aureæ*, ob aureas arenas sic nuncupatæ, plures arces munitissimas imposuere.

§. II.

Pars Africæ inferior, sive Aethiopia.

1. *Quot qualesque regiones hæc continet?*

Itidem sex, nempe Nubiam, Abyssiniam & Zanguebariam, quæ olim Æthiopia superior seu interior appellabantur; regna item Congi & Monomotapæ cum Cafreria, quæ Æthiopia inferior seu exterior nuncupabantur.

2. *Quid de his omnibus summatim dicendum?*

1. Nubia infra Ægyptum sita, rigatur Nilo & Nubia amne, alitque optimos camelos. 2. Abyssinia sive Æthiopia proprie dicta, Abyssinorum Imperatori paret. Multæ tamen provinciæ ab Imperio hoc, olim amplissimo, fuere avulsæ. 3. Zanguebaria regio perampla, a Cafreria per longum tractum littoralem mare Arabicum versus protensa. Mosambicum, pluraque alia loca obtinent Lusitani, 4. Regnum Congi, quod fluvius Zairus cum aliis amnibus minoribus rigat fœcundatque. 5. Monomotapæ Imperium amplissimum, auri argentique ferax. 6. Cafreria, postrema Africæ pars, ab Oriente, Meridie & Occidente, Æthiopico undique Oceano cingitur, ubi promontorium Bonæ Spei maxime ad Austrum procurrens.

lung dahin treiben, sonderbar die Holländer, Dänemärker, Brandenburger, und Engländer, welche auf selben Küsten, vorzüglich auf der Goldküste, so von dem allda befindlichen Goldsande den Namen überkommen, viele feste Schlösser haben.

Zweyter Absatz.

Der untere Theil von Africa, oder das Mohrenland?

1. Wie viele, und was für Landschaften befinden sich darinnen?

Gleichfalls sechs, nämlich Nubien, Abyssinien und Zanguebar, worinnen vor Zeiten das obere oder innere Mohrenland bestund; wie auch die Reiche Congo und Monomotapa sammt Cafrerien, welche das niedere oder äußere Mohrenland genannt wurden.

2. Was ist von allen diesen überhaupt zu melden?

1. Nubien liegt unterhalb Egypten, und wird von den Flüssen Nilus, und Nubia angefeuchtet. Hier sind die allerbeßten Kamele. 2. Abyssinien, oder das Mohrenland an sich, wird von dem abyssinischen Kaiser beherrschet. Doch sind viele Provinzen diesem vormals mächtigsten Kaiserthume entrissen worden. 3. Zanguebar eine sehr große Landschaft, die sich von Cafrerien längst den Seeküsten weit hinauf gegen das arabische Meer erstrecket. Die Portugiesen besitzen darinnen Mosambique und andere Orte. 4. Das Königreich Congo, welches der Strom Zaire nebst vielen kleinern Flüssen befeuchtet und fruchtbar macht. 5. Das sehr weite und mächtige Kaiserthum Monomatapa, darinnen treffliche Gold- und Silberbergwerke zu finden. 6. Cafrerien ist der unterste Theil von Africa, und wird ost- süd- und westwärts allenthalben vom äthiopischen Meere umgeben. Hierselbst ist das Vorgebürg der Guten Hoffnung, welches zum weitesten gegen Süden hinaus reichet.

§. III.
Africæ Inſulæ.

Quæ celebriores Africæ Inſulæ?

1. Canariæ ſive Fortunatæ, in Oceano Atlantico, Hiſpaniæ regi ſubjectæ, quas inter eminet Tenerifa, ubi Picus omnium, ut ajunt, montium altiſſimus. 2. Heſperides ſive promontorii Viridis, quæ & Gorgones ſive Gorgades dictæ, itidem in Oceano Atlantico e regione promontorii Viridis in Nigritia. Subſunt Regi Luſitaniæ. 3. Madagaſcaria ſive S. Laurentii in Oceano Æthiopico. Eſt ex præcipuis totius orbis Inſulis. 4. Melita in mari Mediterraneo Siciliam inter & Tripolin, fortiſſimum Italiæ adverſus Turcas & Mauros piratas propugnaculum. Hanc Carolus V Equitibus Melitenſibus ceſſit.

CAPUT XII.

Mappa Geographica Americæ.

1. *Quanam ſub Zona ſita eſt America?*

Sub Torrida, & duabus temperatis.

2. *Quis ejusdem ſitus?*

Ad Aquilonem Oceano Glaciali; ad Ortum Atlantico; ad Occaſum Pacifico; ad Auſtrum freto & Mari Magellanico cingitur. Nobis Europæis ad Occidentem ſita eſt: unde & India Occidentalis appellatur.

Dritter Absatz.

Von den africanischen Inseln.

Welche sind die vornehmeren Inseln von Africa?

1. Die canarischen oder glückseligen Inseln auf dem atlantischen Weltmeere, welche der Kron Spanien zugehören. Die wichtigste daraus ist Tenerifa, woselbst der Berg Pico, so der höchste in der Welt seyn solle. 2. Die Hesperiden oder del Capo Verde, so auch die gorgonischen oder gorgadischen genannt werden, gleichfalls auf dem atlantischen Meere dem Capo Verde oder grünen Vorgebirg in Nigritien gegenüber. Sie gehören dem Könige von Portugall. 3. Madagascar oder die Insel St. Lorenz auf dem äthiopischen Meere, die eine der größten Inseln in der Welt ist. 4. Malta auf dem mittelländischen Meere zwischen Sicilien und Tripoli, ist eine sehr feste Vormauer Welschlands wider die Türken und africanische Seeräuber. Karl der fünfte hat selbe dem Orden der Malteserritter überlassen.

Zwölftes Kapitel.

Von der americanischen Charte.

1. Unter was für einem Weltstriche liegt America?

Unter dem heißen, und beyden gemäßigten Weltstrichen.

2. Was hat dieser Welttheil für eine Lage?

Oben gegen Norden hat er das Eismeer; ostwärts das atlantische Weltmeer, Mar del Nord; gegen Westen das stille Meer oder Mar del Zur; südwärts das magellanische Meer, und dessen Meerenge. Uns Europäern liegt es gegen Westen, dahero es auch Westindien genannt wird.

3. Wel-

3. *Quinam præcipui Americæ fluvii?*

1. Canada, ſive fluvius S. Laurentii. 2. Fluvius Amazonum. 3. Fluvius Argenteus. 4. Fluvius Grandis.

4. *Ecquod terræ & incolarum ingenium?*

Terra pro vario ſitu cœlique poſitu alicubi rerum omnium feraciſſima, ſterilis alibi & infœcunda eſt. Incolæ, tametſi ad res proprio Marte & arte inveniendas minus ſint prompti & expediti; aliorum tamen opera artificioſiſſima examuſſim norunt imitari. Ante Europæorum in has terras adventum vivebant ferarum ritu; at nunc iis in locis, quæ Catholici *Miſſionarii* luſtrarunt, informaruntque, vitam ducunt admodum honeſtam.

5. *Quæ ibidem Religio?*

Olim mera hic erat barbaries, ſumma rerum omnium ignoratio, & immenſum fœdiſſimarum ſuperſtitionum chaos. At poſtquam Hiſpaniæ, Galliæ & Luſitaniæ Reges religioſiſſimi, provincias illas, recens detectas, & Eccleſiæ Chriſti in primis, & ſuo ſubdidere imperio, Religio ubique Catholica floret, majoraque in dies capit incrementa. Atque hinc agnoſcere licet miram Dei, Eccleſiam ſuam nunquam deſerentis providentiam. Quippe jam inde a tempore illo, quo apoſtatarum omnium coryphæus Lucifer *in lateribus Aquilonis* ſive extremo Europæ angulo per Lutherum aliosque Orci *emiſſarios* veræ Fidei lumen omnino extinctum ibat, Deus in Aſia, Africa & America, ad extremum nempe Orientem, Meridiem

3. Welche sind die vornehmsten Flüsse in America?

1. Der Fluß Canada oder S. Laurentii. 2. Rio de las Amazonas oder der Fluß der Amazonen. 3. Rio de la Plata, oder der Silberfluß. 4. Rio grande, oder der große Fluß.

4. Wie ist das Land sammt den Einwohnern bestellet?

Das Erdreich bringt nach Beschaffenheit der Lage an einigen Orten fast alles, an andern fast nichts hervor. Die Einwohner, ob sie schon zu eignen Erfindungen nicht sonders geschickt und gefaßt sind; können doch fremde Arbeit und künstliche Meisterstücke ganz nett und genau nachmachen. Ehe die Europäer in diesen Landen angelangt, lebten sie fast wie das wilde Vieh; nunmehr aber führen sie an jenen Orten, welche die katholischen Missionarien und Seelenhirten durchwandert und unterrichtet haben, einen auferbaulichen Lebenswandel.

5. Was ist daselbst für eine Religion?

Vor diesem war allda nichts als ein barbarisches, unmenschliches Wesen, oder vielmehr Unwesen, die größte Unwissenheit aller nothwendigen Dingen, und ein lauteres Mischmasch von allerley schändlichsten Aberglauben und Irrthümern anzutreffen. Nachdem aber die gottseligsten Könige in Spanien, Frankreich und Portugall jene neuerfundene Landschaften vor allem zur wahren Kirche und Glauben, und damit unter ihre Bothmäßigkeit gebracht, steht die katholische Religion daselbst allenthalben in der schönsten Blüthe, und nimmt täglich zu. Woraus wir die wundersame Vorsichtigkeit Gottes, der seine Kirche niemal verläßt, abnehmen können. Massen von jener Zeit an, da Lucifer als Anführer aller abtrünnigen Mammeluken, zur Seite gegen Mitternacht oder äußersten Winkel von Europa durch den Luther und andere seine Abgesandte, das Licht des wahren Glauben gänzlich auszulöschen trachtete, hat GOtt in Asien, Africa und America, als in den äußersten Welt

grän-

diem & Occidentem per *Miſſionarios*, viroſque Apoſtolicos multas hominum myriades puri ſincerique Evangelii luce colluſtravit.

6. *Quæ Americæ diviſio?*

Dividitur generatim in duas prægrandes Peninſulas, tenui iſthmo Panamam inter & Portum Pulchrum connexas. Quæ ad Boream procurrit America Septentrionalis ſive Mexicana; quæ vero ad Auſtrum porrigitur, America Auſtralis ſive Peruana appellatur.

§. I.

America Borealis.

1. *Quasnam regiones complectitur?*

1. Canadam ſive Novam Franciam, quæ olim Gallorum, nunc Anglorum eſt. 2. Floridam, quæ in Gallicam ante & Hiſpanicam; nunc in Hiſpanicam & Anglicam diviſa eſt. 3. Tredecim Provincias fœderatas. 4. Novam Mexicum; & 5. Novam Hiſpaniam, ſeu veterem Mexicum, quæ Hiſpanis parent. 6, Regionem Barbarorum.

2. *Quæ præcipuæ Canadæ & Floridæ urbes?*

Canadæ Quebecum Epiſcopi ſedes & emporium, Portus carnutenſis &c. Floridæ Nova Aurelia, Arx Ludovici, S. Auguſtini, Matthæi &c.

3. *Unde fœderatarum Provinciarum Nomen?*

Hæ omnes Anglis antea ſubjectæ, haud pridem eorum ſe poteſtati ſubtraxere: ex quo fœdere ita vocantur. quem porro finem ſint habituræ, incertum. Hæc ſunt earum nomina: 1. Geo-

gränzen gegen Aufgang, Mittag und Niedergang durch die apostolischen Missionarien und Glaubensprediger viele hundert tausend Menschen mit dem Lichte des reinen und unverfälschten Evangeliums bestralet.

6. Wie wird America eingetheilt?

Man theilt es überhaupt in zwo große Halbinseln ab, welche zwischen Panama oder Porto bello durch eine schmale Landenge an einander gehängt werden. Die Halbinsel gegen Norden wird Nordamerica oder das mexicanische, und die gegen Süden wird Südamerica oder das peruanische America genannt.

Erster Absatz.

Nordamerica.

1. Was sind daselbst für Landschaften?

1. Canada oder Neufrankreich, so vormals den Franzosen, itzt aber den Engländern gehört. 2. Florida, welches ehedessen in das französische und in das spanische; nun aber in das spanische und englische abgetheilet wird. 3. Die dreyzehn vereinigten Staaten. 4. Neumexico, und 5. Neuspanien, oder Altmexico, welche zwey unter Spanien stehen. 6. Das Land der Wilden.

2. Welche sind die vornehmsten Städte in Canada und Florida?

In Canada sind Quebec ein Bischofssitz und Handelstadt, Portchartrain u. a. m. In Florida Neuorleans, Fort-Louis, Sant Augustino, Sant Matthäo u. s. w.

3. Woher erhielten die vereinigten Staaten diesen Namen?

Diese alle gehörten den Engländern, unlängst aber trennten sie sich davon ab. Von dieser Vereinigung werden sie also benamset. Ihr Schicksal ist noch unentschieden. Sie hei-

Georgia, 2. Carolina Meridionalis, & 3. Occidentalis, 4. Virginia, 5. Marylandia seu Regio Mariana. 6. Tres Comitatus Suſſexianus, Kentenſis & Novocaſtlenſis. 7. Penſilvania, ubi Philadelphia, 8. Novum Jerſeyum, 9. Novum Eboracum, 10. Connecticutum, 11. Inſula nova, 12. Maſſachuſetsbayum, ubi Boſtonum celebre emperium & portus, 13. Nova Hampshiria.

4. *Quæ inter duas Mexicos celebrior?*

Vetus cum ob terræ fertilitatem tum ob urbium hominumque frequentiam. In tria dividitur regimina, quas *Audiencias* vocant, in Mexicum proprie dictam, Guadalaxaram, & Guatimalam. In his jacent urbes præcipuæ Mexico Regis olim Mexicani, nunc Archiepiſcopi & Proregis ſedes; Vera Crux, Portus aquæ pulcræ, portus celebres; Guadalaxara; Guatimala a. 1773 a terra abſorpta &c. Novæ Mexico, cujus urbs præcipua Sancta Fides, California adjacet, peninſula.

5. *Ubi Regio Barbarorum ſita eſt?*

Meditullium ferme Novam Mexicum inter, & Fœderatas Provincias verſus Septentriones occupat, lacubus frequens. Incolæ feris, quam hominibus ſimiliores, nullis legibus, nulli capiti ſubjecti, in ſilvis degunt.

6. *Quæ inſulæ Americæ Borealis?*

1. Europæ maxime vicinæ ſunt Azores, quæ & inſulæ accipitrum ob horum copiam, & Flandricæ, quod a Flandris inventæ ſunt, appellantur.

heißen also, 1. Georgien, 2. Südcarolina, 3. Nordcarolina. 4. Virginien, 5. Maryland, oder Marienland, 6. die drey Grafschaften Sussex, Kent, Neucastle, 7. Pensilvanien, worinn Philadelphia, 8. Neujersey. 9. Neuyork, 10. Connecticut, 11. Rhode Island, 12. Massachusetsbey, worinn Boston eine berühmte Handelsstadt, und Seehaven, 13. Neuhampschire.

4. Welches Mexico ist unter beyden berühmter?

Das Altmexico sowohl wegen der Erde Fruchtbarkeit, als Anzahl der Städte und Leute. Es wird in drey Audiencias oder Regierungen abgetheilet, in Mexico an sich, Guadalaxara und Guatimala. In diesen sind die vornehmsten Städte Mexico ehemals des mexicanischen Königs, nun aber des Erzbischofs und Viceköniges Residenzstadt; Vera Cruz, Aquapulco zween Seehaven, Guadalaxara; Guatimala, so von der Erde im Jahre 1773 verschlungen, u. a. m. Nächst an Neumexico, dessen vornehmste Stadt Santa Fe ist, liegt Californien, eine Halbinsel.

5. Wo liegt das Land der Wilden?

Es liegt fast in der Mitte gegen Norden zwischen Neumexico und den vereinigten Staaten. Es sind darinn viele See: Die Einwohner gleichen mehr den wilden Thieren als den Menschen; denn sie leben ohne Gesetz und Oberhaupt in den Wäldern.

6. Welche Inseln sind um Nordamerica?

1. Die nächsten an Europa sind die azorischen, oder Habichtinseln, wegen Menge derselben, oder die flämischen, wegen ihren Erfindern also genannt. Sie gehören dem Könige in Portugall, und werden von andern unter dem africa-

tur. Subſunt Regi Luſitaniæ, & ab aliis inter Africæ inſulas numerantur. Præcipua eſt Tercera. 2. Inſulæ Lucajæ. 3. Inſulæ Bermudianæ ſive Aeſtatis, pleræque Angliæ ditionis. 4. Terra Nova ad ſinum S. Laurentii. 5. Antillæ majores & minores, celebriores ſunt Hiſpaniola ſeu S. Dominici, Cuba omnium maxima, Hiſpanorum; Barbados, Jamaica, S. Vincentii, Tabago Anglorum; Martinique &c. Gallorum eſt. Ex minoribus quædam ſubſunt Batavis. Harum pleræque ſunt admodum frugiferæ. 6. Novus Archipelagus a Ruſſis Kamtſchatka iter facientibus detectus, Americam cum Aſia quodamodo conjungit: Inſulæ majores ſunt & minores ob nigras vulpes, & fibros celebres.

§. II.

America Auſtralis.

1. *Quæ ejusdem regiones præcipuæ?*

1. Terra firma ſive Caſtella aurea, 2. Paraquaya ſeu Paraquaria, 3. Peru ſive regnum Peruanum, 4. Chile, 5. Terra Magellanica Hiſpanicæ ſunt, excepta Paraquariæ parte Luſitanis ſubjecta, ditionis; 6. Braſilia Luſitanicæ; 7. Regio Amazonum, cujus pars Luſitanis paret; nomen a feminis ſingulari fortitudine contra Europæos in regionem penetrantes pugnantibus obtinuit.

2. *Quas*

nischen gerechnet, 2. die lucayischen, 3. die bermudischen oder Sommerinseln. Die meisten besitzen die Engländer, 4. Neuland am Meerbusen S. Lorenz, 5. die antillischen, welche in die große und kleine abgetheilt werden. Die berühmteren sind Hispaniola oder S. Domingo, Cuba die größte unter allen, welche den Spaniern: Barbados, Jamaica, S. Vincent, Tabago, die den Engländern; Martinique, u. a. m. so den Franzosen gehören. Einige aus den kleinern besitzen die Holländer. Die meisten sind sehr fruchtbar. 6. Der neue Archipelagus, der von den Russen vom Kamtschatka aus entdecket worden, vereiniget gleichsam bey dem Nordpole America mit Asien. Die Inseln werden in große und kleine abgetheilet, und sind wegen der schwarzen Füchse und Biber berühmt.

Zweyter Absatz.

Südamerica.

1. Welche sind die vornehmsten Länder?

1. Terra ferma oder Castilla d' oro, 2. Paraguay, 3. Peru, 4. Chili, 5. das magellanische Land, gehören den Spaniern. Einen Theil von Paraguay ausgenommen, der Portugall unterworfen ist. 6. Brasilien den Portugiesen; 7. Das Land der Amazonen, welches zum Theile auch die Portugiesen besitzen. Den Namen hat es erhalten von den Weibern, welche wider die Europäer, die in das Land einzudringen suchten, mit soderlicher Starkmuth stritten.

2. *Quas habet Terra firma urbes memoratu digniores ?*

Panama, regionis caput, ad ifthmum ejusdem nominis; Portus pulcher e regione Panamæ; & Carthagena portus celebres &c.

3. *Quænam has inter regiones principatum tenet ?*

Regnum Peruanum rebus omnibus affluens, plurimisque & auri & argenti fodinis dives, in monte præfertim Potofio, a quo haud procul urbs cognominis abeft, ubi venæ argenti inexhauftæ. Totius regni caput eft Lima, cujus potiffima pars 1746 facta eluvione & terræ motu interiit. Tufcus veterum erat Peruanorum Regum fedes. &c.

4. *Quid de Paraquaria, Chile &c. memorandum ?*

Paraquaria, cui plerique Tucumaniam adjungunt, in feptem provincias dispefcitur; in Paraquariam propriam, 2. Thacoum, 3. Guayram, 4. Paranam, 5. Uraguajam, 6. Flumen Argenteum, ad cujus oftium Bonus AerEpifcopi fedes, & 7. Terras Miffionum. In Chile urbs primaria eft S. Jacobi, Archiepifcopi & Gubernatoris fedes. Incolæ Terræ Magellanicæ *Patagones* dicti, unde & toti regioni Patagoniæ nomen obvenit, gigantes effe perhibentur. Haud procul abeft Infula, Terra ignium dicta, omnium fteriliffima.

5. *Quas Provincias Brafilia complectitur ?*

Quatuordecim, quas inter finus omnium Sanctorum memoratu digniffima, ubi urbs S. Salvato-

2. Welche sind die merkwürdigeren Städte in Terra ferma?

Panama die Hauptstadt an der Landenge gleiches Namen; Porto bello gegen Panama über; und Carthagena, zween berühmte Haven u. s. w.

3. Welche Landschaft verdienet aus diesen den Vorzug?

Peru, welches an allen Sachen einen Ueberfluß und sehr viele Gold- und Silberbergwerke hat, sonderbar in dem Berg Potosi, wo unerschöpfliche Silberadern anzutreffen sind, nicht weit davon ist die Stadt, die gleichen Namen führt. Lima ist des ganzen Reiches Hauptstadt, welche größten Theils im Jahre 1746 durch eine Ueberschwemmung und Erdbewen zugrunde gieng. Tuscus war der alten Könige in Peru Wohnsitz.

4. Was ist von Paraguay Chili u. s. w. zu merken?

Paraguay, zu dem die meisten Tucuman rechnen, wird in sieben Provinzen abgetheilet: 1. in Paraguay an sich, 2. Thaco, 3. Guayra, 4. Parana, 5. Uraguay, 6. Rio de la Plata, am Ausflusse des Stromes liegt Buenos Aires eine bischöfliche Stadt, 7. das Land der Missionen. In Chile ist Santjago die Haupt- und Residenzstadt des Erzbischofes und des Gubernator. Die Einwohner des magellanischen Landes werden Patagonen genennt: daher die ganze Landschaft Patagonien heißt. Nicht weit davon ist die Insel Terra ignis ein sehr ödes Land.

5. Wie viele Provinzen hat Brasilien?

Vierzehn, deren die merkwürdigste Baja de todos Santos, darinnen San Salvador die Haupt- und Residenz-

vatoris metropolis, Archiepiſcopi & Proregis ſedes auro, gemis lignisque Braſilicis &c. tota ferme regio abundat.

CAPUT XIII.

De regionibus incognitis.

1. *Quot ſunt hujusmodi regiones?*

1. Arcticæ ſive Boreales, quæ Polo Arctico 2. Antarcticæ ſive Auſtrales, quæ Polo Antarctico circumjacent, Vocantur *incognitæ*; quia perpauca de iis explorata habemus.

2. *Quæ regiones incognitæ ad Polum Arcticum?*

1. Spizberga ſeu *Montes acuti* inter Novam Zemblam ad ortum, & Grœnlandiam ad occaſum. 2. Nova Zembla Moſcoviæ ſeptentrionali fere adjacet, a qua freto Vaigatio dirimitur. Huc pertinent inſulæ a Ruſſis recens detectæ inter Aſiam & Americam, de quibus ſupra. 3. Jeſonis regio, ultra Japoniam, ſeptentrionem verſus, excurrit. 4. Gronia ſive Grœnlandia ultra Europam & Americam Borealem porrigitur. 5. Islandia, Inſula, Norwegiam & Grœnlandiam interjacet. Hanc veterem illam Thulem nonnulli autumant. Eſt ibi Hecla mons ignivomus.

3. *Quæ-*

stadt des Bischofes und Statthalters. Fast das ganze Land hat einen reichen Vorrath an Gold, Edelgesteinen, Brasilienholz u. s. w.

Dreyzehndes Kapitel.

Von den unbekannten Ländern.

1. Wie viel sind dergleichen Länder?

1. Die nordlichen, so um den Nordpol. 2. Die südlichen, so um den Südpol herum liegen. Man nennt selbe die **unbekannten Länder**, weil man sehr wenig davon weiß.

2. Welche sind die unbekannten Länder um den Nordpol?

1. **Spitzbergen** zwischen **Novazembla** gegen Osten, und **Grönland** gegen Westen. 2. **Novazembla** stößt an das nordwärts gelegene **Moscau**, von welchem es durch die Meerenge **Waigats** abgesondert wird. Daher gehören die Inseln, welche die Russen zwischen Asien und America erst gefunden haben, deren oben Erwähnung geschehen. 3. Das Land **Jesso**, liegt über Nordjaponien gegen Norden. 4. **Grönland** liegt theils über Nordamerica, theils über Europa. 5. **Island**, eine Insel, liegt zwischen **Norwegen** und **Grönland**, und wird von einigen für das alte **Thule** gehalten. Sie hat einen feuerspeyenden Berg, **Hecla** mit Namen.

3. *Quales hæ regiones?*

Perfrigidæ admodum. Quæ ipſa cauſa eſt, quod minus adhuc ſint cognitæ; cum ob vehemens frigus & glaciem vix adiri poſſint. Hollandi quidem aliquot abhinc annis Spizbergam usque & Novam Zemblam penetrarunt; ſed commorari diutius haud poterant. Ob nives perpetuas urſi ibi aliæque beſtiæ albeſcunt. Balenas ad Spizbergam magno numero mari innatantes Batavi æſtate capiunt. Indigenæ aſperis & incultis ſunt moribus, atque idololatriæ ut plurimum dediti.

4. *Quæ regiones incognitæ ad Polum Antarcticum?*

1. Nova Guinea infra Aſiam, ortum verſus ſita eſt. 2. Carpentaria ad Polum Antarcticum longius excurrit. 3. Inſulæ Salomonis Novam Guineam & Americam Auſtralem interjacent. 4. Quiri Regio ſeu Terra Auſtralis Spiritus Sancti infra Inſulas Salomonis, & 5. infra illam Nova Zelandia, Polum verſus protenditur. 6. Nova Hollandia, rerum omnium egentiſſima, infra inſulas Aſiaticas & Novam Guineam occaſum verſus ſita eſt. 7. Diemeni Regio infra Novam Hollandiam, Polum verſus exporrigitur &c.

3. Wie sind diese Länder bestellt?

Sie sind überaus kalt. Welches demnach die Ursache ist, warum diese Landschaften nicht mehrer bekannt sind; weil man wegen der heftigen Kälte und Eis nicht wohl hinkommen kann. Die Holländer sind zwar vor Jahren in Spitzbergen und Neuzembla angeländet; konnten aber daselbst sich nicht länger aufhalten. Wegen stets währendem Schnee sind die Bären und andere Thiere allda ganz weiß. Die Wallfische, so um Spitzbergen in der Menge anzutreffen, fangen die Holländer zu Sommerszeit. Die Einwohner sind grobe, ungesittete Leute, und fast lauter Abgötterer.

4. Welche sind die unbekannten Länder um den Südpol?

1. Neuguinea liegt unter Asien ostwärts. 2. Carpentaria erstreckt sich noch weiter gegen den Südpol. 3. Die Salomons Inseln liegen zwischen Neuguiena, und Südamerica. Quir, Terra di Quiros oder des H. Geistes liegt unter den Salomonsinseln, und 5. weiter unten Neuzeeland gegen dem Pol hin. 6. Neuholland so das armseligste Land von der Welt, liegt unter den asiatischen Inseln, und unter Neuguinea, westwärts, 7. Terra de Diemens, liegt unter Neuholland, gegen dem Pol zu, u. s. w.

Obſervationes.

Inſtar omnium ſit illa Senecæ in Præfatione Naturalium Quæſtionum :

„ Hoc eſt punctum, quod inter tot gen-
„ tes ferro & igni dividitur. O quam ridi-
„ culi ſunt mortalium termini! Ultra Iſtrum
„ Dacus non exeat. Strymon Thraces inclu-
„ dat. Parthis obſtet Euphrates. Danubius
„ Sarmatica ac Romana diſterminet. Rhe-
„ nus Germaniæ modum faciat. Pyrenæus
„ medium inter Gallias & Hiſpanias jugum
„ extollat. Inter Ægyptum & Æthiopias
„ arenarum inculta vaſtitas jaceat. Si quis
„ formicis det intellectum hominis, nonne
„ & illæ unam aream in multas Provincias
„ divident; . . . . Punctum eſt illud, in quo
„ navigatis, in quo bellatis, in quo regna
„ diſponitis. Surſum ingentia ſpatia ſunt,
„ in quorum poſſeſſionem animus ad-
„ mittitur; at ita, ſi minimum
„ ſecum ex corpore
„ tulerit. „

Anmerkungen.

An statt aller Anmerkungen solle jenes dienen, was Seneca *in Præf. Natur. QQ.* weislich anmerket:

Dieses ist jenes Pünctlein, welches unter so vielen Völkerschaften mit Feuer und Schwert zertheilet wird. O was lachenswürdige Gränzscheidungen machen nicht die sterblichen Menschen! Die Dacier sollen sich vom Isterstrom, die Thracier vom Fluß Strymon, die Parther vom Euphrat lassen einschränken. Die Donau solle das römische Reich und Sarmatien untermarken. Der Rhein solle die Gränzscheidung Deutschlands; das pyrenäische Gebirg der Markstein zwischen Gallien und Spanien seyn. Egypten solle durch ein öde und sandichte Wüsteney von Aethiopien abgesondert werden. Sollte man den Ameisen einen menschlichen Verstand zueignen, würden wohl auch sie ihren einzigen Sammelplatz in verschiedene Landschaften und Provinzen abtheilen? . . . . Ein Pünctlein ists, worinnen eure Kriegsflotten kreutzen, worinnen ihr ganze Kriegsheere in das Feld stellet. Ein Pünctlein, worauf ihr ganze Königreiche bestimmet. Hoch ober diesem Erdpünctlein giebt es ungeheur große und unermäßliche Landschaften, derer allen eure Seele desto leichter kann habhaft werden, je minder sie einen Anhang vom Leib und Fleische haben wird.

PARS III.

De arte Scutaria ſive Heraldica.

CAPUT I.

Quæſtiunculæ præviæ.

1. *Cur ars hæc vocatur Heraldica?*

Quia olim præco Cæſareus, vulgo *Heroldus*, *& inſignium gentilitiorum Rex* dictus, Equitum, prius quam hi ad *haſtiludia* ſive decurſiones equeſtres admitterentur, inſignia ſolebat recognoſcere.

2. *Unde hæc ars originem traxit?*

Ab armis, quibus olim quædam inſculpi ſolebant inſignia; arbitraria tamen, donec imperante Henrico Aucupe, qui ludos hujusmodi equeſtres inſtituit, Scutaria certis cœpit legibus ac regulis definiri.

3. *Quo pacto ex ſcutis ipſis nobilitas demonſtranda erat?*

Ut primum Eques, extra cancellos conſiſtens, comparuit, cornu bis inflato ſcutum, aliaque illuſtrium natalium monumenta præconi ſive *Heroldo* recognoſcenda obtulit. Quibus approbatis, duo cornua galeæ affigebantur in ſignum com-

Dritter Theil.

Von der Heraldik oder Wapenkunst.

Erstes Kapitel.

Vorläufige Fragen.

1. Warum wird diese Kunst Heraldik genannt?

Weil vor diesem der kaiserliche Herold, sonst auch Wapenkönig benamset, die Wapen der Ritter, ehe diese zu den Turnieren oder Ritterspielen gelassen wurden, zu untersuchen pflegte.

2. Woher nimmt diese Kunst den Ursprung?

Von den Waffen, welche man ehedessen mit allerley Ehrenzeichen nach eines jeden Belieben auszierte, bis man nachgehends unter dem Kaiser Heinrich dem Vogler, welcher diese Ritterspiele eingestellet, anfieng gewisse Wapenregeln vorzuschreiben.

3. Wie mußte man aus den Wapen den turniermäßigen Adel beweisen?

Alsbald der Ritter vor den Turnierschranken erschien, stieß er zweymal in das Horn; überreichte alsdann dem Herold, nebst dem Schild, die Zeugnisse seiner adelichen Abkunft. Wann die Probe gemacht worden, heftete man auf den Helm zwey Horn, zum Zeichen, daß der

Adel

comprobatæ jam, nec ulterius comprobandæ nobilitatis. Hinc a Gallis ars Scutaria hodiedum vocatur *l'art du blason*, a cornu nempe inflato. In comperto quippe est, artem hanc a Germanis primo excultam, indeque ad alias quoque nationes propagatam fuisse.

4. *Quid designant tam diversa scuta?*

1. Quædam dominium. 2. Alia dignitatem, aut munia, 3. vel jus prætensum, 4. vel juris antiqui, aut præclari cujusdam facinoris monumentum, 5. vel nomen ac familiam, 6. vel communitatem &c.

5. *Quid de arte hac summatim commemorandum?*

1. De Scuto. 2. De Tincturis. 3. De Figuris, quæ artis hujus tres præcipuæ sunt partes. Tum de galeis, earumque ornamentis, ac tegumentis; fulcris item & discerniculis Scuti, quæ partes sunt minus principales, agendum erit.

CAPUT II.

De Scuto, ejusque receptaculis sive areis, & partitionibus.

1. *Quæ est forma Scuti?*

Olim admodum diversa erat. Hodie in usu potissimum est quadrata, inferius in cuspidem desi-

Adel sey vollständig erwiesen, oder, nach dem Kunstworte, zweymal geblasen und gehörnet worden, auch in Zukunft nicht mehr zu erweisen sey. Daher bey den Franzosen noch heut zu Tage diese Kunst ihren Namen Blason vom Blasen hat; denn es ist ganz gewiß, daß selbe zuerst bey den Deutschen, und so dann auch bey andern Völkern aufgekommen.

4. Was bedeuten so unterschiedliche Wapen?

1. Es sind Herrschaftwapen, 2. Würde = oder Ammts=, 3. oder Aspruch, 4. oder Gedächtnißwapen wegen einem alten Rechte, oder einer ritterlichen That, 5. oder Geschlechter= 6. oder Gemeindewapen u. s. w.

5. Was ist von dieser Kunst in Kürze zu melden?

1. Von dem Schilde. 2. Von dessen Tincturen. 3. Von den Figuren, welche die drey vornehmsten Theile dieser Kunst sind. Alsdann solle von dem Helm, dessen Kleinodien und Decken; wie auch von den Wapenstützen, und Beyzeichen, welche die zufällige Theile sind, gehandelt werden.

Zweytes Kapitel.

Von dem Schilde, dessen Feldern, und Durchschnitten, oder Theilungen.

1. Was hat der Schild für eine Form?

1. Vor Zeiten war derselbe sehr unterschieden. Itzt gebraucht man sich der viereckichten Schilde mit einer unten zugespitzten Runde. Der Stellung nach waren sie vor die-

desinens. Situs sæpe olim inclinatus; hodie vero erectus est.

2. *Quid Scuti area est, sive solum?*

Receptaculum seu spatium, colores & figuras complectens.

3. *Quotuplex Scuti partitio per unicam lineam?*

Quadruplex. 1. *Perpendicularis* sive a summo ad imum, ut in Tab. I. Fig. 1. 2. *Horizontalis* seu transversa Fig. 2. 3. *Diagonalis* seu obliqua dextrorsum Fig. 3. 4. Obliqua sinistrorsum Fig. 4. Ubi observes velim, latus dextrum dici illud, quod lateri nostro sinistro obvertitur.

4. *Quæ Scuti partitiones per plures lineas?*

1.) Perpendicularis simul & horizontalis, instar crucis, cujus quatuor areæ appellantur *Quadraturæ* Tab. 1. Fig. 5. 2.) Obliqua gemina sive decussata instar crucis S. Andreæ Fig. 6. 3.) Pythagorica Fig. 7. 4.) Pyramidalis Fig. 8. 5.) Pinnata Fig. 9. 6.) Graduata Fig. 10. 7.) Circularis Fig. 11. 8.) Nubila Fig. 12. 9.) Amygdalata Fig. 13. 10.) Crumenaria Fig. 14. &c.

5. *Quomodo Scutum secatur, ac dividitur?*

Secatur per lineam perpendicularem, ut in Tab. I. 1. diffinditur vero per horizontalem seu transversam Fig. 2. Sic Scutum diffinditur per

per-

sem zum öftern gelehnt, oder liegend, dermalen aber sind sie aufrecht.

2. Was ist ein Wapenfeld?

Der jenige Platz, worauf die Farben und Figuren erscheinen.

3. Wie oft wird der Schild mit einer einzeln Linie durchschnitten?

Viermal. 1.) Die Länge herab, wie in Tabell. I. Fig. 4. 2.) Ueberquer Fig. 2. 3.) Schrägrecht von der Rechten zur Linken Fig. 3. 4.) Schräglinks von der Linken zur Rechten Fig. 4. Wobey zu merken, daß die rechte Seite diejenig ist, welche gegen unsere Linke gelegen.

4. Was kommen für Durchschnitte heraus durch mehrere Linien?

1.) Der Creuzschnitt, dessen vier Felder man Quartier nennet, wie in Tabell. I. Fig. 5. 2.) Uber Eckschnitt, wie St. Andreas Kreuz Fig. 6. 3) Gabelschnitt Fig. 7. 4.) Pyramidenschnitt Fig. 8. 5.) Mauren- oder Zinnenschnitt Fig. 9. 6.) Staffelschnitt Fig. 10. 7.) Cirkelschnitt. Fig. 11. 8.) Wolkenschnitt Fig. 12. 9.) Mandelzug Fig. 13. 10.) Taschenzug Fig. 14. u. s. w.

5. Wie wird der Schild getheilet, und gespaltet?

Er wird getheilt durch Perpendicularlinien, wie in Tabell. I. Fig. 1. Gespaltet aber durch Querlinien, wie Fig. 2. Also ist der Schild einmal gespaltet und halb gethei-

perpendicularem dimitiatam Fig. 15. Vel per duas perpendiculares Fig. 16. Vel perpendicularem & horizontalem Fig. 5. Vel per duas horizontales Fig. 17. Vel per duas horizontales & unam perpendicularem Fig. 18. Vel per duas perpendiculares, & unam horizontalem Fig. 19. Vel per duas perpendiculares & totidem horizontales. Fig. 20.

6. *Quæ aliæ Scuti divisiones?*

Dividi poteſt Scutum in tres regiones, quæ dicuntur *caput, cor & pes*, ut in Fig. 17. Item in novem areas. Ubi ſequentia verba ſcutaria obſerves velim. In Fig. 20. regio ſuprema eſt a b c; Media d e f, Infima g h i, Latus dextrum a d g, Palus b e h, Latus ſiniſtrum c f i, Angulus dexter ſupremæ regionis a, Media illius pars b, Angulus ſiniſter c, Dextrum latus mediæ regionis d, Cor ceu centrum e, Latus ſiniſtrum f, Angulus dexter infimæ regionis g, Media illius pars h. Angulus ſiniſter i, Prædictæ appellationes, arti huic propriæ, ſcitu ſunt neceſſariæ cum ad Scuti analyſin, tum ad intelligendas figuras, quas *honorarias* vocant.

CAPUT III.

De Tincturis.

1. *Quot ſunt Tincturæ?*

Duæ; metalla, & colores. Metalla ſcutaria ſunt *aurum & argentum.* Colores ſcutarii ſunt qua-

Tabella Prima.



theilet Fig. 15. Zweymal getheilet Fig. 16. Einmal getheilt, und einmal gespaltet, Fig. 5. Zweymal gespaltet Fig. 17. Zweymal gespaltet, einmal getheilt Fig. 18. Zweymal getheilt, einmal gespaltet Fig. 19. Zweymal getheilt, und zweymal gespaltet Fig. 20.

6. Wie wird der Schild ferner abgetheilt?

Er kann in drey Reihe ausgezeichnet werden, welche das Haupt, Herz, und Fuß genannt werden, wie in Fig. 17. Item in neun Felder. Wobey folgende Kunstwörter zu merken. In Fig. 20. ist a b c die oberste Reihe; oder Oberstelle oder das Haupt; d e f die mittlere; g h i die unterste oder der Fuß; a d g die rechte Seite; b e h die Pfahlstelle; c f i die linke Seite; a der obern Reihe rechter Winkel; b die Mitte desselben; c der linke obere Winkel; d die rechte Seite des Herzens; e das Herz oder Mittelpunct; f die linke Seite des Herzens; g der rechte untere Winkel; h die Mitte; i der linke untere Winkel. Diese Kunstwörter sind zu merken, damit man sowohl die Wapenvisirung, als auch die so genannte Ehrenstücke recht verstehe.

Drittes Kapitel.

Von den Tincturen.

1. Wie viel sind Tincturen?

Zwo; Metall und Farben. Metall ist Gold, und Silber. Farben sind vier: roth, blau, grün, schwarz. Etliche setzen auch die Purpurfarbe hinzu; so aber nicht leicht

quatuor: *Coccineus*, *cæruleus*, *prasinus*, *furvus*. Addunt alii *purpureum*, rarius usitatum. Reliqui colores ad artem Scutariam nil faciunt; nativi tamen figurarum colores semper retinendi sunt.

2. *Quibus modis exprimi solent metalla & colores scutarii?*

Aurum punctulis ut in Tab.II. Fig. 1. Argentum candicante planitie Fig. 2. Color coccineis lineis perpendicularibus Fig. 3. Cæruleus horizontalibus Fig. 4. Prasinus obliquis a dextra ad sinistram Fig. 5. Purpureus a sinistra ad dextram Fig. 6. Furvus lineis cancellatis Fig. 7.

3. *Quotuplex genus pellium scutariarum?*

Duplex. 1.) Murium Ponticorum, quorum pelles candidæ nigris maculis sunt conspersæ, vulgo Hermelin, ut in Fig. 8. 2.) *Vellus Varium*, napelli, vel nolæ similitudinem gerens. ut in Fig. 9. estque pellicula bestiolæ Feh, cujus dorsum cinereo cæruleum, venterque albicans.

4. *Quæ Tincturarum regula?*

Ut nunquam metallum metallo, nec color colori superaddatur. Insignia porro, quæ ab hac regula deflectunt, vocantur a Germanis *abnormia*, a Gallis *pervestigatoria*; quia verisimile est, Scuti hujusmodi inventori non defuisse peculiarem causam neglectæ hujus regulæ, præsertim in præcipuarum familiarum insignibus. Ratio porro hujus regulæ vix alia videtur esse,

quam

vorkömmt. Die übrigen Farben gehören nicht zur Wapenkunst; doch müssen die natürlichen Farben beybehalten werden.

2. Wie werden die Metalle, und Farben gezeichnet?

Das Gold durch Pünctlein, wie in Tab. II. Fig. 1. Das Silber durch plattes Weiß Fig. 2. Roth durch Perpendicularstriche Fig. 3. Blau durch Horizontalstriche Fig. 4. Grün durch Schräglinien von dem rechten Obertheile Fig. 5. Purpur durch Schräglinien von dem linken Fig. 6. Schwarz durch kreuzweise gezogene Linie Fig. 7.

3. Wie viel sind Wapenfelle oder Pelzwerke?

Zwey. 1.) Das Hermelin, so ein weißes Pelzwerk mit schwarzen Flecken, wie in Fig. 8. 2.) Das Blau oder so genannte Kleingrau, so den Eisenhütlein oder Schellen gleichet, wie in Fig. 9. Es ist ein Balg eines Thierleins Fehe, dessen Rücken blaulichtgrau, der Bauch aber weißlicht ist.

4. Was für eine Regel ist in den Tincturen zu beobachten?

Daß niemal Metall auf Metall, noch Farb auf Farb komme. Wann das Wapen anders eingerichtet ist, wird selbes von den Deutschen ein falsches, von den Franzosen aber ein Räthsel- oder Untersuchungswapen genannt; weil glaublich ist, der Urheber desselben werde seine Ursachen gehabt haben, warum diese Regel nicht sey beobachtet worden, sonderlich in den Wapen vornehmer Häuser. Die Ursache dieser Regel scheinet keine andere zu seyn, als die Willkuhr derjenigen, so diese Kunst erfunden haben. Andere halten dafür, daß unsern Vorfahren die auf diese Mode

quam arbitrium illorum, qui artem hanc instituerunt. Alii existimant, majoribus nostris vestes, hac ratione distinctas, præ aliis placuisse, quorum opinio in legem exinde transiit.

5. *Num regula hæc sine exceptione?*

Excipitur 1. pars figuræ, v. g. in area aurea aureum rostrum, lingua, pedes, geminique circuli, qui aquilæ Cæsareæ caput utrumque ambiunt. 2. Figura Scuto, aliis figuris jam insignito, superinducta. 3. Colores figurarum nativi. Hinc licet cancer, dum coquitur, rubedinem induat; in area tamen rubra locum habere potest. 4. Vellera, quæ tam metallis, quam coloribus annumerantur. 5. Regula loquitur de præcipua figura, non de additamentis. 6. Excipiuntur figuræ *honorariæ.*

6. *Quæ aliæ insuper regulæ observandæ in tincturis?*

1. Si Scutum est quadripartitum, aut decussatum, in areis oppositis alternant plerumque colores & figuræ. 1. Si geminæ figuræ similes v. g. gemina lilia in geminis areis juxtim ponantur, alternant quoque tincturæ. Quod idem observatur, si figura unica bifariam divisa, geminas areas occupet.

7. *Quid sibi volunt tot tamque diversi colores & figuræ?*

Faciunt potissimum ad distinguendas familias. Nec raro monumenta quoque sunt editi olim præclari facinoris. Hujusmodi esse ajunt

Scu-

gemachten Kleider sonderlich gefallen haben, welches nachgehends zu einer Regel geworden.

5. Hat diese Regel keinen Ausnahm?

Es wird 1. ausgenommen ein Theil der Figur, als z. B. im güldenen Felde der güldene Schnabel, die Zunge, Füsse, und Cirkeln um beyde Köpfe des kaiserlichen Adlers. 2. Eine Figur, welche über den mit andern Figuren besetzten Schild lauft. 3. Die natürlichen Farben der Figuren. Daher obschon ein Krebs, da man ihn kocht, roth wird, kann er doch in einem rothen Felde Platz haben. 4. Das Pelzwerk, als welches sowohl zu Metall, als Farben gerechnet wird. 5. Ist die Regel zu verstehen von der Hauptfigur, und nicht von den Beysätzen. 6. Es werden noch ausgenommen die Ehrenstücke.

6. Was sind ferner für Regeln in den Tincturen zu beobachten?

Wann der Schild geviertelt ist, oder in Gestalt eines Andreaskreuzes, so werden insgemein in den gegen einander stehenden Feldern die Farben und Figuren abgewechselt oder verschrenkt. 2. Wann zwo gleiche Figuren, z. B. zwo Linien neben einander in zweyen Feldern sind, werden die Tincturen verwechselt. Welches auch beobachtet wird, wenn eine einzele Figur in zwey Felder abgetheilet wird.

7. Was bedeuten so mancherley Farben und Figuren?

Sie dienen sonderbar zu Unterscheidung der Geschlechter. Sie sind auch manchmal Gedächtniß schilde, oder Gedenkzeichen einer ehedessen begangenen ritterlichen That. Dergleichen solle das österreichische Wapen seyn. Denn als Leopold VII Herzog von Oesterreich in dem Creuzzuge im Jahre 1191 den

Scutum Auſtriacum. Cum enim Leopoldus VII Auſtriæ Dux in expeditione ſacra A. 1191 in turrim urbis Ptolemaidis omnium primus evaſiſſet, tantumque hoſtilis ſanguinis fudiſſet. ut veſtis ejus candida, ſanguineo undique colore præter partem cingulo tectam tingeretur: Henricus VI Imperator in perenne tantæ virtutis monumentum loco antiqui Scuti Auſtriaci, quod quinque alaudas aureas in area cærulea præferebat, faſciam argenteam transverſam attribuiſſe fertur.

CAPUT IV.

De Figuris Scutariis.

1. *An figura eſt neceſſaria?*

Haud equidem; poteſt enim Scutum eſſe vacuum ac ſine omni figura. Et tunc hujusmodi Scutum non dicitur habere aream; ſed conſtare mero v.g. auro, vel colore coccineo &c. Tale quoque eſt Scutum, in quo plures ſunt tincturæ, quarum quælibet æquale occupat ſpatium. Secus tinctura, occupans majus ſpatium, areæ loco eſt; altera vero figura honoraria dicitur.

2. *Quotuplex eſt figura?*

Triplex; *Heraldica* ſive *honoraria*, naturalis, & artificialis.

3. *Quæ ſunt Figuræ Heraldicæ?*

Quæ ex variis Scuti ſectionibus; tincturis item inæqualibus conſtant. *Honorariæ* appellantur;

Thurm zu Ptolemais am ersten erstiegen, und so viel feindliches Blut vergossen, daß sein weißes Kleid ganz roth, außer dem mit der Gürtel bedeckten Streif, davon gefärbt wurde, solle ihm Kaiser Heinrich der sechste anstatt des alten österreichischen Wapen, welches fünf güldene Lerchen im blauen Felde führte, zum ewigen Andenken solcher Dapferkeit einen silbernen Querbalken im rothen Felde zugeeignet haben.

Viertes Kapitel.

Von den Figuren der Wapen.

1. Ist die Figur nothwendig?

Nein; denn es giebt auch ledige Schilde. Und alsdann hat der Schild kein Feld; sondern man sagt: er führe einen ganz gülgenen oder rothen Schild. **Ledig** wird auch der Schild genannt, wenn er mehr Tincturen hat, davon jede einen gleichen Raum einnimmt. Wo nicht, so ist die Tinctur im größeren Platz anstatt des Felds, und die andere wird ein **Ehrenstück** benamset.

2. Wie vielerley sind die Figuren?

Dreyerley; die heraldische, natürliche, und künstliche.

3. Welche sind die heraldischen Figuren?

Die, so aus unterschiedlichen Schildes Durchschnitten; wie auch aus ungleichen Tincturen hervorkommen. Sie werden **Ehrenstücke** genannt; weil man selbe für die

ältesten

tur; quia censentur omnium antiquissimæ. Nam priscis figuræ naturales & artificiales in usu erant. Hinc Galli autumant, Scutum quo simplicius, eo quoque antiquius esse atque æstimabilius.

4. *Quot numerantur figuræ honorariæ?*

Artis hujus periti non omnino inter se conveniunt. Quidam enim contendunt, omnem figuram honorariam ad marginem usque debere pertingere. Aliis aliud videtur. Præcipuæ sunt sequentes, quarum aliquas tabella secunda exhibet. Has inter est Palus fig. 10. Fascia transversa fig. 11. Fascia sive tænia ab dextro obliqua fig. 12. Cui opponitur fascia ab sinistro obliqua. Pinnula scutaria fig. 13. Caput fig. 14. Canterii seu tigna juncta fig. 15. Quadrans fig. 16. Scutum medium, omni figura vacuum, cui tamen Scutulum, quod *parmula cordis* dicitur, quandoque inseritur fig. 17. Tessellæ fig. 18. Rhombi fig. 19. Cunei fig. 20. Huc pertinent latus dextrum & sinistrum, ac pes Scuti, de quibus supra. Margo item & duplarius Scuti limbus; Alveoli alternatim varii; clathri; plinthides seu schedulæ; maculæ; armillæ; annelli; globuli; nummi; cuspides &c.

5. *An & cruces inter figuras honorarias numerantur?*

Omnino; præsertim sequentes, quas tabella tertia exhibet, nimirum Crux vulgaris seu plana fig. 1. decussata seu Burgundica fig. 2. Archiepiscopalis seu Lotharingica fig. 3. liliata fig. 4. ana-

Tabella Secunda.



ältesten Wapen hält. Denn vor Alters waren die natürlichen und künstlichen Figuren nicht im Brauche. Daher halten die Franzosen annoch dafür, je einfacher, desto älter und vortrefflicher sey das Wapen.

4. Wie viel zählt man Ehrenfiguren?

Die Kunsterfahrne kommen nicht ganz überein; massen einige behaupten wollen, daß ein Ehrenstück müsse an den Rand stossen. Welches andere widersprechen. Folgende sind die vornehmsten, wovon einige auf der zweyten Tabell. zu ersehen. Dergleichen ist der Pfhal Fig. 10. der Querbalken Fig. 11. der rechte Schregbalken, Binde, Gehenk oder Scharpe Fig. 12. welchem der linke Schregbalken oder Gegenscharpe entgegen gesetzt wird. Ein Dreyecke, sonst Stander oder Schoß Fig. 13. das Schildhaupt Fig. 14. die Sparren oder zusammengefügte Dachhölzer Fig. 15. die ledige Vierung, das Viereck oder Winkel Fig. 16. der Mittelschild ohn alle Figur. Wiewohl selber zu Zeiten noch ein Schildlein, das Herzschildlein genannt, einschließt Fig. 17. Schach. Fig. 18. Rauten Fig. 19. Wecken Fig. 20. Hieher gehören die recht und linke Seite, und Fuß des Schilds, wovon oben. Imgleichen der Rand; der doppelte Saum oder Einfassung; die gescheckte Flecklein; Gitter; Zettel; Flecken oder Mackeln; Spangen; Ringlein; Kügelein; Wapenballen; Spitze u. a. m.

5. Gehören auch die Kreuz unter die Ehrenfiguren?

Ja doch; besonders folgende, welche die dritte Tabell anzeiget, als nämlich das gemeine oder platte Kreuz Fig. 1. St. Andreas = oder burgundische Kreuz Fig. 2. Das erzbischöfliche oder lotharingische Kreuz Fig. 3.

anchorata fig. 5. ſerpentina fig. 6. Mellitenſis fig. 7. Ordinis Teutonici fig. 8. aliæque complures.

6. *Quænam ſunt figuræ naturales?*

Res omnes creatæ, ut Sol, Luna, ſtellæ, homines, animalia, arbores, flores, planetæ &c. Figuræ item fabuloſæ, v. g. alati leones, aquilæ bicipites &c.

7. *Quæ ſunt figuræ artificiales?*

Omnia artificum, opificumque opera, uti coronæ, enſes, vexilla, turres, rotæ &c. Ad has referuntur literæ & verba (Gallice *deviſes*) quæ maxime in uſu ſunt Hiſpanis, qui id hauſiſſe videntur a Mauris, quibus omni imaginum uſu interdictum erat.

8. *Si una ſolum Scuti area, quot ibidem figuræ locum habere poſſunt?*

Si hæ diverſi ſunt generis, non niſi ternæ; ſi ejusdem, non ultra vicenas. Et tunc, ſi hujusmodi Figuræ in area integræ, ad marginem vero dimidiatæ apparent, Scutum vocatur *conſitum.*

9. *Qualis eſt ordo figurarum?*

Varius pro varia Scuti ſectione. Si duæ ſunt, tunc una vel ſupra vel juxta alteram collocanda. Si tres, plerumque duæ ſupra, una infra ponitur. Si quatuor, hæ vel in una ſerie perpendiculari, vel una in capite, altera in pede, reliquæ duæ in lateribus, rhombi inſtar, repræſentantur. Si quinque, crucis formam imitantur &c. Si Scuto,

Lilienkreuz Fig. 4. Ankerkreuz Fig. 5. Schlangenköpfiges Kreuz Fig. 6. Maltheser Kreuz Fig. 7. Deutschenordens Fig. 8. nebst mehr andern.

6. Welche sind die natürlichen Figuren?

Alle erschaffene Dinge, als Sonn, Mond, Sterne, Menschen, Thiere, Bäume, Blumen, u. s. w. wie auch die erdichteten Figuren, als, geflügelte Löwen, zweyköpfige Adler u. d. m.

7. Welche sind die künstlichen Figuren?

Alle von den Künstlern und Handwerkern verfertigte Arbeit, als Kronen, Degen, Fahnen, Thürme, Räder u. s. w. Imgleichen gewisse Buchstaben und Wörter (französisch devises) so meistens bey den Spaniern üblich. Welches herzukommen scheint von den Zeiten der Mohren, denen aller Bildnißgebrauch verbothen war.

8. Wann der Schild nur ein Feld hat, wie viele Figuren können in dem selbigen seyn?

Wann selbe unterschieden, nur drey; wann sie aber gleichförmig sind, nicht über zwanzig. Und alsdann, wann einerley Figuren in dem Felde vorkommen: am Rande aber halb getheilt vorgestellt werden, nennt man den Schild besäet.

9. Was wird mit den Figuren für eine Ordnung gehalten?

Diese ist unterschiedlich nach den Schildstheilungen. Wenn zwo Figuren sind, so ordnet man entweders eine über, oder neben der andern. Wenn es drey sind, werden insgemein zwo oben, und die dritte unten gesetzet. Vier werden in einer Perpendicularlinie, oder eine in dem Haupt, die andere in dem Fuß, die übrige zwo an beyden Seiten rauten-

to, alis figuris jam insignito, superinducitur alia, hanc appellant toti Scuto impositam.

10. *Quis figurarum situs observandus?*

Naturalis sive ordinarius, v. g. animalis incedentis, vel extraordinarius quoque, v. g. duorum animalium frontes frontibus, aut dorsa dorsis obvertentium.

11. *Quid Ascititia est sectio, sive diminutio?*

Si figura honoraria justum solitumque spatium non implet, vocatur *diminuta*, v. g. minuta fascia, minuta taenia. Quod si fascia tenuior sit tertia parte, appellatur *fasciola* seu *baculus brevior*; si dimidia, *ligula*; si quartam duntaxat spatii partem occupat, *taeniola* seu *filum*. Si duplicantur hi diminti ductus, appellantur *institae bijuges* sive *gemellae*; si triplicantur, *institae ternae*, sive *tergeminae*. *Striata* porro *resticula* dicitur, quae non nisi quartam marginis partem occupat.

CAPUT V.

De Scuti ornamentis & discerniculis.

1. *Quaenam sunt haec ornamenta?*

1. Galea, ejusque cimelia, tegumenta frondium ac florum parerga. 2. Figurae laterales. 3. Signa substrata. 4. Notae dignitatum, Ordinumque Equestrium.

2. *Quaenam circa galeam observanda?*

Praecipue haec quatuor. 1. Apertane, an clausa sit. Aperta in ludis equestribus, clausa in prae-

tenförmig vorgestellet. Fünf werden als ein Kreuz ausgetheilet. Wenn über den mit andern Figuren völlig besetzten Schild noch eine gezogen wird, so nennt man selbe eine über den ganzen Schild laufende Figur.

10. Was ist für eine Stellung zu beobachten?

Die natürliche und gewöhnliche, als eines gehenden Thiers; oder ungewöhnliche, als zweyer Thiere, welche Stirn gegen Stirn, oder Rücken gegen Rücken halten.

11. Was ist die Verringerung der Ehrenstücke?

Wann die Figur ihren gewöhnlichen Platz nicht erfüllet, wird selbe verdorben, verlohren, verringert, verjüngt genannt. Also wenn die Binde oder Scharpe um ein Drittheil schmäler ist, nennt man sie eine kleine Binde, oder verdorbenen Stecken: wenn sie um die Helfte schmäler ist, eine Nestel; wenn sie nur den vierten Theil behält, einen Faden. Wann diese verringerte Züge gedoppelt werden, so heißt man sie Zwillingsstreife; wann sie dreyfach sind, Dreylingostreife. Die gespitzelte Einfassung nennt man jene, welche das Viertel des Rands einnimmt.

Fünftes Kapitel.

Von den Wapenkleinodien und Beyzeichen.

1. Was sind die Wapenkleinodien?

1. Der Helm und dessen Zierde, Decken, Laubwerk. 2. Die Wapenstütze. 3. Die Unterlegungen. 4. Die Merkmäler der Würden, Ritter und Ordenszeichen.

2. Was ist bey dem Helm zu merken?

Vornehmlich vier Stücke: Ob er offen, oder geschlossen. Des offenen bediente man sich vor Zeiten in den Turnieren;

præliis, utebantur veteres. Hodie clauſa tribuitur ignobilibus, aperta & clathrata Nobilibus, aliisque, qui Nobilium juribus ac privilegiis gaudent 2. Tinctura ſolet eſſe aurea, niſi forte cum Scuti tinctura conveniat 3. Situs eſt adverſus, vel obliquus. 4. Numerus varius eſt pro varietate dominiorum, vel pro arbitrario quoque ornatu.

3. *Quid de apice plumatili & appendice Scuti coronaria, ſive cimeliis memorandum?*

Hæc omnis generis ſunt ornamenta, coronæ nempe, pilei, vexilla, ſigna ſeu icones dimidiatæ, pavonum caudæ, aquilarum alæ, pennæ ardearum, cornua cervina &c. Germanis præ aliis nationibus arridebant hæc cimelia jam inde a priſcis illis decurſionibus equeſtribus, ubi galearum ornatus oculos mire afficiebat.

4. *Quæ coronæ &c. galeis imponuntur?*

Pontificia triplex, *Triregnum* dicta, ut in Tab. 3. fig. 9. Imperialis antiqua, quæ Norimbergæ aſſervatur. fig. 10. Cæſarea nova ſive domeſtica fig. 11. Regia fig. 12. Electoralis pileus fig. 13. Corona Archiducalis fig. 14. Ducalis fig. 15. Comitum fig. 16. Baronum fig. 17. Quamquam hodie & Comites & Barones, & alii Nobiles galeas ſuas coronis Ducalibus paſſim inſigniant. Cardinales porro coronarum loco utuntur galero rubro cum quindecim chordis nodoſis fig. 18. Epiſcopi mitra & pedo: quidam inſuper gladio ob profanam juriſdictionem fig. 19. Equites aurei velleris torque fig. 20.

5. *Quæ*

des geschlossenen aber in dem Kriege. Anitzo führen den geschlossenen Helm allein die Unadelichen; den mit einem Rost eröffneten aber die Adelichen, wie auch andere, welche die Rechte und Freyheiten des Adels genießen. 2. Die Tinctur pflegt goldfärbig zu seyn, wann sie nicht etwan mit der Tinctur des Schildes übereinkömmt. 3. Der Helm ist entweder vor- oder seitwärts gestellt. 4. Die Anzahl ist unterschieden nach Menge der Herrschaften, oder auch nach willkührlicher Zierde.

3. Was ist von dem Federbusch, und Helmgezierd oder Kleinodien zu melden?

Es sind verschiedene Zierden, als Kronen, Hüte, Fahnen, Brustbilder, Pfauenschweife, Adlersflügel, Reigerbüsche, Hirschgewichter u. s. w. Die Deutschen haben vor andern Völkern den Helmschmuck geliebet von den alten Turnieren her, auf welchen die Auszierung der Helme sehr anmuthig war.

4. Was für Kronen setzet man auf die Helme?

Die päpstliche dreyfache Krone, wie in Tabel. 3. Fig. 9. die alte kaiserliche Reichskrone, welche zu Nürnberg aufbehalten wird Fig. 10. die kaiserliche neue, oder Hauskrone Fig. 11. die königliche Fig. 12. die churfürstliche oder der Kurhut Fig. 13. die erzherzogliche Fig. 14. die herzogliche Fig. 15. die gräfliche Fig. 16. und freyherrliche Fig. 17. Obwohl dermalen die Grafen, Freyherren, und andere von Adel auch herzogliche Kronen auf den Helmen tragen. Die Cardinäle tragen anstatt der Krone einen rothen Hut mit fünfzehn Quasten Fig. 18. die Bischöfe Infel und Stab; einige auch einen Degen wegen weltlicher Gerichtbarkeit Fig. 19. die Ritter des güldenen Vliesses ihre Ordenskette Fig. 20.

5. *Quæ cimeliorum tincturæ?*

Sunt hæ vel nativæ; vel conformes figuris. Ornamenta porro hujusmodi censentur esse ascititia seu tralatitia.

6. *Quid est tegumentum galeæ?*

Lacinia est retro cassidem; originemque sumpsisse fertur ex præliis & decursionibus equestribus, e quibus quia lacera plerumque reportabatur, hunc in modum tanquam virtutis heroicæ monumentum eam repræsentare placuit. Hujus loco hodie folia sinuosa ex galeis pendula ferme adhiberi solent. Reges porro galeas conopeis, Principes palliis Ducalibus tegunt ornantque.

7. *Quid sunt figuræ laterales, Scutum utrinque sustinentes?*

Hæ duplicis sunt generis; vivæ nempe, & non viva fulcra. Originem trahere videntur ex ludis equestribus, in quibus Equitum nobilium famuli, varias personas induti, suorum quisque dominorum insignia gentilitia præferebant. Adhibentur autem Angeli, homines, fauni, leones, gryphes, monocerotes, dracones alati, torques, coronamenta, frondium ac florum parerga &c.

8. *Quid sunt Scuti substramenta?*

Signa hæc sunt dignitatum, Ordinum Equestrium, muniorum &c. Claves decussatæ designant dignitatem Pontificiam, galerus ruber Cardinalitiam, viridis Archiepiscopalem, mitra cum pedo Episcopalem &c.

9. *Quid*

5. Was haben die Kleinodien für Tincturen?

Entweder die natürlichen, oder die mit den Figuren übereinkommen. Sonst hält man dergleichen Zierde als eine entlehnte.

6. Was versteht man durch die Helmdecke?

Ein Stück Tuch hinter dem Helm. Welches den Ursprung von den Feldschlachten und Turnieren solle genommen haben. Denn weil diese Decke mehrentheils ganz zerfetzet zurück gebracht wurde, hat man selbe auch also zum Andenken der Tapferkeit wollen vorstellen. An derer statt werden dermalen meistens die ausgezogene Laubwerke an den Helmen gebraucht. Die Könige bedecken ihre Schilde mit Thronzelten; die Fürsten aber mit herzoglichen Wapenmänteln.

7. Was sind die Nebenfiguren, welche den Schild halten?

Diese sind zweyerley: die lebende nämlich, und nicht lebende. Die lebende werden Schildhalter, die nicht Lebende aber Stützen genannt. Ihren Anfang scheinen sie genommen zu haben von den Turniren, bey welchen die unterschiedlich vermummte Diener der Ritter zu Erkanntniß ihrer Herren die Schilde vortragen mußten. Hierzu dienen die Engel, Menschen, Waldmänner, Löwen, Greifen, Einhörner, geflügelte Drachen, güldene Ketten, Kränze, Laubwerke u. d. m.

8. Was sind die Schildsunterlegungen?

Sie sind Zeichen der Würden, Ritterorden, Aemter u. s. w. die kreuzweis unterlegte Schlüssel bedeuten die päpstliche, der rothe Hut die Cardinal-, der grüne die erzbischöfliche, die Insel und Stab die bischöfliche Würde u. s. f.

9. *Quid Scuti ſunt diſcernicula?*

Sunt notæ, quibus ejusdem familiæ diverſæ ſtirpes, liberi item legitimi ab illegitimis diſcernuntur.

10. *Quænam inſignia appellantur loquentia?*

Illa, quorum tincturæ aut figuræ familiæ nomini reſpondent, vel ſaltem ad illud alludunt.

11. *Quæ verba ſcutaria uſitatiora?*

Sequentia ferme 1. Adglutinatus, adjunctus. 2. adſutus. 3. alas expanſas habens. 4. alveolis varii coloris, alternatim variis deſcriptus. 5. ancoratus. 6. angulatus. 7. apice plumatili inſtructus. 8. armillatus. 9. auritus. 10 bijugibus inſtitis deſcriptus. 11. boa, colubra infantem evomens. 12. cancellatus, clathratus. 13. canteriis deſcriptus. 14. cervi caput obverſum. 15. claviculatus. 16. collari inſtructus. 17. commiſſuris furvis. 18. compoſitus. 19. cornibus armatus. 20. crucibus repetita crux. 21. cuneis inſtructus. 22. cuſpidatim mutuo inſertus. 23. in decuſſim ſeu dipalum trajectus. 24. denticulatim inciſus. 25. denticulatim inſertus. 26. deſidens. 27. in draconem caudatus. 28. ductibus varie inflexis diſtinctus. 29. emergens, exiens. 30. erectus. 31. expanſus. 32. faſciis ab læva diagonalibus alternatim oppoſitis deſcriptus. 33. faſciis dextrorſum diagonalibus alternatim oppoſitis exaratus. 34. faſciis in tranſverſum exaratus. 35. faſciis in transverſum ductis, contraque alternatim poſitis exaratus. 36. faſtigiatus. 37. fimbriatus.

9. Was sind die Schildsbeyzeichen?

Sie sind Merkmäler, wodurch unterschiedliche Linien eines Geschlechts; wie auch die eheliche von den unehelichen Kindern mögen entschieden werden.

10. Welche Wapen werden redend genannt?

Diejenigen, derer Farben oder Figuren mit dem Namen des Geschlechts übereinstimmen, oder wenigst auf selbe deuten.

11. Welche sind die gebräuchlichsten Kunstwörter in der Heraldik?

Folgende. 1. Angeleimt. 2. beuehet. 3. flugnehmend, zum Fluge gerichtet. 4. äquipolirt. 5. geankert. 6. beeckt. 7. behelmt. 8. geschwangt. 9. beohrt 10. gezwillingt. 11. die ein Kind fressende und wieder ausspeyende Schlange. 12. gegittert. 13. gesparrt. 14. gehirschkopfet. 15. geschlottert. 16. mit einem Halsbande. 17. schwarz gemauert, 18. zusammen gesetzt. 19. behörnert. 20. wiedergekreuzet. 21. gewecket. 22. spitzweis in einander ausgefressen. 23. getheilt wie St. Andreaskreuz 24. gespitzelt. 25. bezähnelt. 26. schmiegend. 27. Drachenschwänzig. 28. damascirt. 29. hervorbrechend. 30. zum Raube geschickt. 31. ausgebreitet. 32. von der linken Seiten mit Diagonalen eine gegen die andere gesetzten Binden gebildet. 33. gegengescharpt. 34. Gefäscht. 35. gegengefäscht. 36. erhöhet, 37. gefränzt. 38. eingesteckt. 39. geblümt. 40. Stirn gegen

tus. 38. fixus. 39. florens. 40. frontibus obversi. 41. globatus. 42. gradiens. 43. insiliens. 44. insitus. 45. inumbratus. 46. in lævam obversus. 47. ad lævam situs. 48. lateri adjunctum habens aliquid. 49. lateribus tertiatus. 50. leo gradarius. 51. ligulis ac tæniolis obductus. 52. liliatus. 53. lingua protensa, 54. lingulatis tesselis descriptus. 55. marginatus. 56. mutilus unguibus dentibusque. 57. nodis distinctus. 58. oblique dextrorsum sectus. 59. oblique sinistrorsum dissectus. 60. oneratus. 61. palis exaratus. 62. palis in transversum ductis contraque alternatim positis exaratus. 63. in palum dissectus. 64. patibulatus. 65. pedatus 66. pennatus. 67. petiolis non extantibus. 68. pinnatus. 69. pinnulatus. 70. in piscem desinente cauda. 71. plinthidibus seu schedulis distinctus. 72. quadrifidus, quadripartitus. 73. recto statu mergens. 74. rhombatus. 75. runcinatus. 76. scuto toti impositus. 77. scuto toti supercurrens. 78. sinuatus. 79. situs. 80. spiculatus. 81. stellis binis superimpositis. 82. stipatus. 83. striatus. 84. subjectum habens aliquid. 85. tæniolis descriptus. 86. tertiatus in transversum &c. 87. tertiatus lateribus. 88. tesselatus. 89. tintinnabulo succinctus. 90. transversis tæniis descriptus. 91. vario descriptus vellere. 92. unguibus instructus, 93. ungulis & rostro armatus &c.

CA-

Tabella Tertia.



gegen Stirn. 41. geknöpfelt. 42. gehend. 43. kletternd. 44. gepfropft. 45. beschattet. 46. links umgewandt. 47. belinkt. 48. beseitet. 49. wiedergecirkelt, 50. leopardirt. 51. benestelt und bestreifelt. 52. geflort. 53. mit ausgeschlagener Zunge. 54. gerautet. 55. bordirt. 56. gestümmelt, unzeitig. 57. mit Knöten oder Knöpfen unterschieden. 58. gescharpt. 59. gegengescharpt. 60. beladen. 61. gepfält. 62. gegengepfählt. 63. getheilt. 64. bekrückt. 65. gepfötet. 66. gefidert. 67. gefüllt, oder genährt. 68. gekerbt. 69. geschoßt. 70. Seehaft. 71. gebriefelt. 72. vierfach gespaltet, quadrirt, geviertet. 73. hervorragend. 74. gerautet. 75. bezähnt. 76. über den ganzen Schild. 77. ganz über quer des Schilds laufend. 78. gefischmault. 79. verdorben. 80. eingesteckt. 81. überstiegen mit zweyen Sternen. 82. begleitet. 83. gespitzelt. 84. unterstützet. 85. genestelt. 86. gedrittet in Binden, in Pfähle, in Scharpen, und in Gegenscharpen. 87. wiedergecirkelt. 88. geschacht. 89. beschellt. 90. gebunden. 91. gesehet. 92. beklauet. 93. ausgebreitet mit den Waffen, mit offenem Schnabel u. s. w.

CAPUT VI.

De Scuti Anatomia.

1. *Quo alio nomine appellatur hoc Scuti examen?*

A cornu inflato, uti dictum eſt Cap.I. n. 3. ſuam obtinuit nomenclationem.

2. *Quænam obſervanda in Scuti anatomia?*

Galli ab areis ad figuras; Itali ab his ad illas progrediuntur. Germani id perinde habent. Ceterum, quæ de Scuto, tincturis, figuris, galea hujusque cimeliis &c. dicta ſunt hactenus; examuſſim in Scuti inveſtigatione applicanda ſunt. Id quod clarius elucebit examinando ſcutum Imperatoris Joſephi II glorioſiſſime regnantis.

I. Quæ Imperatorum eſſe ſolent inſignia, exhibent Aquilam nigram in aureo ſolo bicipitem, rubris linguis, aureisque roſtris inſignem, nimbatam, corona, quæ dicitur domeſtica, tectam, dextra ungula aureum ſceptrum cum gladio nudato, ſiniſtra pomum imperiale geſtantem.

II. Aquilæ pectori adjectum eſt ſcutum in quatuor regiones diviſum cum parmula centrica

Sechstes Kapitel.

Von Visirung oder Untersuchung des Schildes.

1. Wie wird diese Visirung sonst benamset?

Sie hat von dem Hornblasen, wie oben im ersten Kapitel N. 3. erwähnet worden, den Namen Blasonirung erhalten.

2. Was ist in dieser Zergliederung des Schilds zu beobachten?

Die Franzosen schreiten von den Feldern zu den Figuren; die Italiåner hingegen von den Figuren zu den Feldern. Die Deutschen lassen sich an keines binden. Uebrigens muß alles, was von dem Schilde, Tincturen, Figuren, Helm, und dessen Kleinodien bisher gemeldet worden, genau in Untersuchung des Schilds angemerket werden. Dieses aber wird viel deutlicher werden, wenn man das Wapen Joseph II glorwůrdigst regierenden Kaisers zergliedert.

I. Das Wapen, so dem Kaiser eigen ist, hat einen schwarzen Adler im gůldnen Felde, mit zweenen Köpfen in gůldnen Cirkeln, mit rothen Zungen und gůldnen Schnåbeln, bedecket mit der kaiserlichen Hauskrone, in der rechten Klauen den gůldnen Scepter mit dem bloßen Schwert, in der linken aber den Reichsapfel haltend.

II. Auf des Adlers Brust ist ein Schild, so in acht Reihen abgetheilet wird, sammt einem Mittel- oder Herzschildlein: welches in zwey Felder getheilet ist. Das erste rothe Feld wird

trica, quæ corona archiducali decora, in duas eſt diviſa aureolas. Dextra ſolum rubrum faſcia argentea diſtinctum ob Auſtriam, ſiniſtra ſolum aureum faſcia oblique a dextro obductum, tribus alaudis in ea depictis exhibet ob Lotharingiam.

III. Regio ſuprema in octo eſt areas diviſa.

1. Prima faſciis rubris argenteisque obducta; & ſecunda rubra, triplici colliculo, viridi, coronato inſiſtentem, argenteam crucem Patriarchalem ſuſtinens regnum Hungariæ denotat.

Tertia, quarta, quinta, & ſexta Hiſpanicorum Regnorum ſcuta repræſentant; nimirum Caſtellenſis, Aragonici, Legionenſis & Siculi: in area enim coccinea Caſtellum conſpicitur aureum, in altera huic ſubjecta, quæ aurea eſt, quatuor pali rubri erecti; in tertia argentea Leo ruber; in quarta aurea decuſſatim ſecta, in ſummo & imo pali itidem rubri, in lateribus argenteis aquila utrinque nigra ſtipati.

Septima argentea crucem patibulatam auream, quatuor minoribus ſtipatam deferens, regnum Hieroſolymitanum indicat.

Ultima denique rubra leonem continet, cujus corona aurea, cauda biſulca, Bohemiæ regnum notat.

2. Secundam regionem quatuor areæ occupant, quarum prima margine coccinneo, auro & cyano oblique a dextra faſciata Burgundiam: ſecunda aurea ſex globos (1, 2, 2, 1.) quorum primus major, cæruleus tribus liliis albis inſignitus, reliqui rubri continet Hetruriam: tertia Sole, Lu-

wird von einem silbernen Balken gespaltet wegen Oesterreich; das andere güldene hat einen rothen Balken mit dreyen Lärchen, der schrägrecht herabgehet, wegen Lothringen.

III. Die oberste Reihe wird in acht Felder abgetheilet.

1. Das erste, so rothe und silberne Balken hat, und das zweyte, welches roth, und mit dreyen grünen Higeln versehen ist, worauf eine Krone und auf dieser ein Patriarchenkreuz steht, bedeuten Ungarn.

Das dritte, vierte, fünfte und sechste stellen die Wapen der spanischen Reiche vor, als Castillien, Aragonien, Leon und Sicilien; denn im rothen Felde sieht man ein güldnes Castell, im zweyten güldnen unter dem vorigen stehen vier Balken aufrecht, im dritten silbernen ein rother Löw, im vierten güldnen, so schrägrecht und schräglinks getheilet ist, sind oben und unten gleichfalls rothe Balken, und auf beyden silbernen Seiten ein schwarzer Adler.

Das siebente silberne Feld führt ein Kruckenkreuz mit vier kleinen Kreuzen umgeben wegen dem Königreich Jerusalem.

Das letzte rothe hat einen zweyschwänzigten, gekrönten Löwen, und bedeutet das Königreich Böhmen.

2. Die zweyte Reihe begreifet in sich vier Felder, deren das erste mit einer rothen Umfassung güldne und blaue Schrägbalken von der Rechten herab enthält wegen Burgund. Das zweyte güldne hat sechs Kugeln (1, 2, 2, 1.) deren

Luna, & aquila nigra pedibus carente superius, inferius vero ſolum aureum coccineis turribus duplici ſerie inſigne, quod a ſuperiore per faſciam rubram ſecatur, Tranſilvaniam: Quartam argenteam ornat Aquila coronata, rubris argenteisque teſſellis, quæ Moraviam denotat.

3. In tertia regione quatuor in areas diviſa, prima furva Leonem aureum Brabantiæ; ſecunda argentea Boam erectam, ceruleam, coronatam, infantem evomentem Mediolani; tertia argentea, crucem coccineam furvis quatuor Aquilis latus ſtipantibus continens Mantuæ; quarta aurea ſex (3, 2, 1.) liliis ceruleis conſperſa Neapolis eſt ſymbolum.

4. Quartam ſeriem itidem quatuor areæ occupant, quarum primæ duæ aureæ leone coronato prima rubro, Habsburgi, altera nigro inſignis, Parmæ: tertia argentea aquilam rubram coronatam trifolio ad alas excurrente referens Tyrolis; quarta denique cerulea leonem obliquis palis coccineis & argenteis inſiſtentem exhibens Goritiæ ſcutum eſt.

IV. Scuto utrinque corona regia impoſita eſt. Infra tres defluunt torques, ordinum ornamenta, quorum extimus, idque nobiliſſimus, aureo vellere pendente, Equitum aurei velleris, medius Ordinis Thereſiani, ſupremus Ordinis S. Stephani eſt.

V. Aurei Gryphes alis nigris telamonum funguntur munere.

De-

deren die erste etwas größer, und blau mit dreyen weissen Lilien, die übrigen aber roth sind. Im dritten sind oben Sonne und Mond und ein schwarzer Adler ohne Füße, in der untern güldenen Helfte, die von der obern durch einen rothen Balken abgeschnitten wird in zwoen Reihen, sind rothe Thürme, wegen Siebenbürgen. Im vierten ein silber und roth geschachter, gekrönter Adler wegen Mähren.

3. Die dritte Reihe wird in vier Felder abgetheilet, in deren ersten schwarzen ein güldner Löw ist wegen Brabant. Im zweyten silbernen eine aufgerichtete, blaue, gekrönte, ein Kind speyende Schlange wegen Meyland. In der dritten silbernen ein rothes Kreuz mit vier schwarzen Adlern wegen Mantua; im vierten güldenen sechs (3, 2, 1.) blaue Lilien wegen Neapel.

4. Die vierte Reihe hat gleichfalls vier Felder; deren zwey ersten güldne mit einem gekrönten Löwen sind, einer davon ist roth wegen Habsburg, der andere aber schwarz wegen Parma; das dritte Feld ist silbern mit einem rothen Adler, auf dessen Flügeln Dreykleestengeln sind, wegen Tyrol; das vierte endlich blaue hat einen Löwen, der auf rothen und silbernen Balken tritt, wegen Görz.

IV. Auf dem Schilde sind zwo königliche Kronen. Untenher hangen herab drey Ordenszeichen, deren das unterste und vornehmste das Ehrenzeichen der Ritter des güldenen Vließes, das mittere des Theresienorden, das nächste am Schilde des Stephansorden ist.

V. Zween Greifen mit schwarzen Flügeln sind die Wapenhalter.

Demonſtratio Nobilitatis avitæ v.g. 16 Progenitorum, octonorum nempe ex paterna, & totidem ex materna ſtirpe, in Nobilis Juventutis commodum.

A Nobilit. probans.	C Mater.
B Pater.	F Avus maternus.
D Avus paternus.	G Avia materna.
E Avia paterna.	M Proavus 1. maternus.
H Proavus 1. paternus.	N Proavia 1. materna.
I Proavia 1. paterna.	O Proavus 2. maternus.
K Proavus 2. paternus.	P Proavia 2. materna.
L Proavia 2. paterna.	

8 *Progenitores paterni.*	8. *Progenitores materni.*
1. Abavus 1. paternus.	1. Abavus 1. maternus.
2. Abavia 1. paterna.	2. Abavia 1. materna.
3. Abavus 2. paternus.	3. Abavus 2. maternus.
4. Abavia 2. paterna.	4. Abavia 2. materna.
5. Abavus 3. paternus.	5. Abavus 3. maternus.
6. Abavia 3. paterna.	6. Abavia 3. materna.
7. Abavus 4. paternus.	7. Abavus 4. maternus.
8. Abavia 4. paterna.	8. Abavia 4. materna.

O. A. M. D. G.

Tabula Heraldico-Genealogica



Historischer Verein
von
Schwaben u. Neuburg

Gs.

[Dufrêne]

Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Dufrène, Maximilian,

Anfangsgründe der Erdebeschreibung und Heraldik in lateinischer und deutscher Sprache, zum Gebrauche der Schulen = Rudimenta Geographica & Heraldica

Augsburg 1780

Augsburg, Staats- und Stadtbibliothek -- Gs 2210
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11247738-2
VD18 12014672-001